

DOCUMENTA

HISTORIAE FOROJULIENSIS

SAECULI XIII. ET XIV. AB ANNO 1300 AD 1333.

SUMMATIM REGESTA

A

P. JOSEPHO BIANCHI UTINENSI.

(Schluss.)

WIEN.

AUS DER K. K. HOF- UND STAATSDRUCKEREI.

IN COMMISSION BEI KARL GEROLD'S SOHN, BUCHHÄNDLER DER KAIS. AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

1869.

DOCUMENTA

HISTORIAE FOROJULIENSIS


SAECULI XIII. ET XIV. AB ANNO 1300 AD 1333.

SUMMATIM REGESTA

A

P. JOSEPHO BIANCHI UTINENSI.

(Schluss.)



WIEN.

AUS DER K. K. HOF- UND STAATSDRUCKEREI.

IN COMMISSION BEI KARL GEROLD'S SOHN, BUCHHÄNDLER DER KAIS. AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

1869.

Aus dem XLI. Bande des von der kais. Akademie der Wissenschaften herausgegebenen
Archivs für Kunde österreichischer Geschichtsquellen besonders abgedruckt.

1328. 14. Januarii. Paganus patriarcha concedit Bertulo de Sbrolavacca usque ad duos annos facultatem incidendi de omnibus lignis, exceptis quercubus, in nemoribus Frattae et Spissnlae gastaldiae s. Viti, et in bannis superioribus et inferioribus Cinti gastaldiae Medunae, pretio librarum mille nongentarum parvorum. Insuper concedit eidem quod possit facere unum aedificium segae in flumine Sili, et ipsa sega uti per totum dictum tempus; quo tamen finito eadem sega seu aedificium ipsi patriarchae et ecclesiae Aquilejensi remanere debeat.

B. M. U. [592.]

1328. 4. Februarii. Utini. Pagauns patriarcha jure recti et legalis feudi investit d. Nicolussium de Prata de decima novem mansorum in villa de la Mantua gastaldiae Medunae, quorum quinque asserebat se emisse, et alios quatuor excidisse dicto d. patriarchae et ecclesiae Aquilejensi propter rebellionem et enormes excessus commissos contra ipsum d. patriarcham et ecclesiam Aquilejensem per Laurum de la Mednna et illos de Panigaleis. B. M. U. [593.]

1328. 10. Februarii. Utini. Druzacius q^{m}. Quirini de Albona cum quibusdam suis sequacibus ac colligatis inique et proditorie agentes contra fideles Aquilejensis ecclesiae et contra vicinos de Albona seditionem fecerunt, volentes dictam terram de Albona depopulare, et ipsam in alienis manibus tradere. At postquam iniquitatem hujusmodi nequiverunt explere, de terra ipsa expulsi, associatis sibi malefactoribus plurimis, guerram fecerunt intrinsecis, et eis multa damna intulerunt. Franciscus de la Turre marchio Istriae illos ut rebelles et contumaces exilio multaverat, mandans ut si quis eorum in ejus officialium potestatem pervenerit, illico destruatur. At Paganus patriarcha volens Druzacium ipsum et suos sequaces ad pacem reducere cum fidelibus praedictis, suscepit compromissum a singulis partibus factum, et plures terminos statuit ad comparendum coram eo, in quibus Druzacius et

ejus sequaces frustra expectati comparere renuerunt. Itaque patriarcha, quamquam absentes, sententialiter condemnat dictum Druzacium et ejus sequaces in refectione omnium damnorum datorum intrinsecis de Albona, declarans bona ipsius Druzacii et sociorum ejus esse obnoxia refectioni damnorum hujusmodi, et quia non paruerunt ejus mandatis, pronunciat eos incurrisse poenam in compromisso appositam. A. N. U. [594.]

1328. 11. Februarii. Utini. In generali colloquio Utini celebrato, propositis per d. patriarcham hiis quae tunc erant pertractanda, visum fuit astantibus quod eligerentur septem consiliarii, id est unus pro praelatis, et unus pro liberis, tres pro ministerialibus et duo pro communitatibus, qui simul cum d. patriarcha super hiis provideant, ordinent et disponant, prout melius et utilius eis videbitur; et quidquid fecerint, ordinaverint et mandaverint, valeat ac teneat ac si per totum colloquium factum esset.

Facta igitur electione, d. patriarcha una cum septem electis praedictis ascendit palatium, et se traxit in partem in sala parva, ut ibi consuleretur et videretur quid esset agendum.

Et tunc primo provisum fuit super facto impositionis militiae, quod illi qui non fuerunt in mostra, sicut illi de Pulcinico, requirantur iterum per litteras, ut die dominica Ovorum omnes sint cum elmis et ballistris ad faciendam dictam mostram coram d. patriarcha, et decennas peditum quas mittere voluerint, mittant ad dictum terminum.

Secundo provisum fuit et firmatum, quod stratae Aquilejae reparentur et reaperiantur ita quod currus et mercantiae duci valeant, et quod civitas illa fortificetur. Ad quae complenda habeantur de massariis et hominibus villarum in quantitate illa quae conveniat. Super quo electae fuerunt plebes multae.

Tertio provisum et firmatum fuit, quod impositio peditum juxta decennas fiat, et quod pro qualibet decenna, si unus non sufficeret, duo habeantur. A. C. U. [595.]

1328. 12. Februarii. Utini. Convenientibus iterum cum d. patriarcha consiliariis supradictis et quibusdam aliis in loco et sala praedicta, provisum fuit et firmatum quod:

I. Propter propinquum adventum d. ducis Charinthiae et aliorum baronum cum suo exercitu maximo, terrae fortificentur et loca, ubi indigent fortificatione, inter quas primo videatur de fortificatione Utini, cui majus pondus et periculum imminet, et castrorum Faganeae et s. Danielis.

II. D. Franciscus de la Turre se conferat Sacilum et videat defectus ibidem, et ubi expediet fortificatio aut reparatio, ibi fiat. Ad quae agenda vocentur et habeantur homines villarum quae sunt ultra Tulmentum, et d. Odoricus de Cucanea vadat ultra Tulmentum ad rogandum et requirendum nobiles et alios universos habentes massarios ultra Tulmentum, ut de massariis suis mittant et serviant pro laborerio terrae praedictae Sacili.

III. Cum terra Medunae sit vacua hominibus et multa indigeat custodia et fortificatione, nam magna pars habitantium est foris et dispersi per plura loca, aliqui ultra Liquentiam et aliqui extra Liquentiam, extrinseci primo expulsi redeant, et habitent, ac gaudeant bonis suis, postquam illi de Panigali cum sequacibus suis, tanquam proditores d. patriarchae et ecclesiae Aquilejensis, sunt banniti, et d. Franciscus da la Turre cum auxilio illorum de Prata et hominum qui sunt in Gualdo provideat super fortificatione dictae terrae.

IV. Fiat crida per Aquilejam, Civitatem, Glemonam et Utinum et alia loca ubi expediet, quod usque ad festum Resurrectionis Domini curtinae omnes existentes in Forojulio vacuentur blado, vino et aliis rebus, et ad loca tuta et fortiora ducantur, cum hac conditione quod bladum et vinum et res praedictas, finito transitu Theotonicorum et periculo hujusmodi sublato, possint extrahere de locis et terris praedictis in quantum pro eorum usu suffecerint, et non ultra, libere, nullo datio aut muta soluta.

V. Transacto termino Resurrectionis, d. Federicus de Savorgnano et d. Aquinus de Colloreto ibunt cum uno familiari d. patriarchae ad videndum et reparandum curtinas praedictas, et quidquid in eis invenerint de blado et vino, detur et assignetur per ipsos d. patriarchae.

VI. Decemae inventae sunt duo millia quindecim et media.

A. C. U. [596.]

1328. 18. Februarii. Utini. Coram d. Iohanne abbate Rosacensi et d. patriarchae vicario, et in praesentia Sceni de Mugla, procuratoris et sindici communis et hominum dictae terrae, d. Federicus de la Turre protestatus est de damnis, expensis et interesse illarum mille librarum, in quibus homines de Mugla tenebantur eidem pro salario potestariae unius anni, quo dictus d. Federicus fuit dictae terrae potestas, nec non de injuriis et aliis damnis illatis eidem in dicta terra per homines supradictos de Mugla. B. M. U. [597.]

1328. 4. Martii. Aquilejae. Paganus patriarcha sic respondet d. Federico comiti de Vegla. Cum d. Canis satis bene soleat obsequen-

tibus sibi retribuere, dum non sit in indignatione sanctae Romanae ecclesiae, nec contra ipsam veniat, contentamur et concedimus, ut ad ipsius adjutorium accedatis. Per terram quoque nostram cum armis et sine transire potestis libere, per quam, si expediret, conduceremus vos propria in persona. B. M. U. [598.]

1328. 8. Martii. Aquilejae. Ob devotionem et fidem quas nobilis vir d. Isnardus q^m. Federici de Collionibus de Pergamo et ejus progenitores habuerunt semper et servaverunt sanctae Romanae ecclesiae, nec non propter grata servitia quae ipse d. Isnardus novissimo tempore impendit ipsi d. patriarchae existenti in partibus Lombardiae pro negotio s. Romanae ecclesiae supradictae: d. Paganus patriarcha dedit et concessit in feudum eidem d. Isnardo et ejus filiis et nepotibus per lineam masculinam ex eo legitime descendentibus, castrum suum et ecclesiae Aquilejensis, quod dicitur de Tallione Pergamensis dioecesis, cum omnibus terris, possessionibus, juribus, jurisdictione et honore pertinentibus ad dictum castrum, quod libere ad ipsum d. patriarcham pervenit eo, quod illi qui ipsum castrum tenebant in feudum, sibi et ecclesiae Aquilejensi quod debebant facere non fecerunt, ita tamen, quod ipse d. Isnardus et filii ejus ac nepotes solvant et faciant d. patriarchae et suis successoribus, quae praedicti qui dictum castrum tenere solebant in feudum, facere et solvere tenebantur. A. N. U. [599.]

1328 . . . . . Aprilis. Gratiadeus episcopus Parentinus de loco s. Antonii Aquilejensis dioecesis, quem sibi patriarcha gratiose commiserat, exportavit fraudulenter et malo modo bona et res, et plures quantitates pecuniarum a pluribus civibus Aquilejensibus mutuo acceptarum, damnabiliter contra ejus promissa, et in animae suae periculum retinuit usque ad obitus sui diem. Quapropter patriarcha vicario et capitulo dictae ecclesiae mandat, quatenus sub excommunicationis poena loco et personis supradictis solvere et satisfacere debeant, assignans eis terminum ad tres dies post venturum festum b. Iohannis Baptistae. B. M. U. [600.]

1328. 28. Aprilis. Portusgruarii. D. Articus episcopus Concordiensis de gratia speciali committit d. Henrico Squarre pro isto anno tantum, et ejus nomine, custodiam festi villae suae de Tileo. A. C. U. [601.]

1328. 3. Maii. In Civitate Austriae. D. Paganus patriarcha eligit d. Georgium de Caymis et Paulinum de Caureno suos procuratores

io causa, quam movere intendit d. duci et commuoi Venetiarum coram conservatoribus sibi a sede apostolica deputatis. A. N. U. [602.]

1328. 8. Maii. Utini. Pagaoos patriarcha committit custodiam terrae et castri Medunae et s. Steoi d. Biachino de Camioo, et d. Beroardus de Strassoldo, obligando se ipsum et omoia sua booa, pro eo securitatem praestat. A. N. U. [603.]

1328. 10. Maii. Utini. Homines de Villacco accedeotes ad villam bospitalis s. Spiritus de Glemooa acceperunt omoia bona massariorum, de quibos triginta homines indebite captivatos adhuc detioebaot, aliaque multa enormia cootra ipsos et eorom familias commiseruot. Quare patriarcba requirit iudices, consilium et commuoe dicti loci de Villacco, quod si voluot eorum homines ac coocives, qui sunt in Forojulio, esse salvos et eorum malefactores puniri, antequam ad aliquem tractatum cum eis accedat, bomines per eos captos relaxent, et bona accepta iotegre restituant. B. M. U. [604.]

1328. 13. Maii. Utini. Paganus patriarcha coofirmat privilegium, quod antecessor ejus patriarcha Bertoldos concesserat ecclesiae s. Nicolai de Sacilo. B. M. U. [605.]

1328. 14. Maii. Utini. Ob grata et devota obsequia, quae Paulus Bojani de Civitate patriarchae et ecclesiae Aquilejeosi suis laboribus et sudoribus indefessis hactenus impendit, Pagaous patriarcha, quoosque altissimos ei vitam praestabit, marchas sexaginta annuatim eidem Paulo solvendas de redditibus mensae patriarchalis de speciali gratia deputavit, obligans ad hoc mutam Civitatis Austriae, et generaliter alia bona qoaecumque ad dictam meosam spectantia. A. C. C. [606.]

1328. 16. Maii. Utini. Cupiens diligenter inteodere fortificatiooi castri sui de Tricesimo d. Pagaous patriarcba dedit et concessit Stepbano decano suo de Rivosa tres passus terrae de burgo castri praedicti, iu qua sedimeo coostruat, ibique babitationem, domiciliom et continuam mansionem faciat, sicut fidelis et legalis habitator ecclesiae Aqoilejensis. Pro qua habitantia deputavit eidem quaodam silvam sitam super blattam. Et quia se fidelem et obsequiosum exhiboit, ipse d. patriarcha coocessit praefato Stepbaoo decaniam de Rivosa cum omnibus utilitatibus et commodis consnetis, ac de omoibus booorantiis, collectis et gravaminibus, ad quae per gastaldionem Tricesimi compelli posset, absolutum reddidit et liberum. B. M. U. [607.]

1328. 23. Maii. Glemonae. Paganus patriarcha reformat sententiam, qua pacem indixerat intrinsecis et extrinsecis de Mugla.

B. M. U. [608.]

1328. 31. Maii. Glemonae. Paganus patriarcha concedit Bernardo de Loeb plebano de Nahel liberam facultatem disponendi, prout voluerit, de bonis sua industria acquisitis: ita tamen quod ecclesia sua ab ipsius legatis exclusa nullatenus existat. Eusebius. A. N. U. [609.]

1328. 6. Junii. In castro Tulmetii. Paganus patriarcha concedit Naximbeno de Scarfadava et ejus sociis, quod possint et valeant facere unum furnum ad ferrum faciendum et laborandum cum una aut pluribus fusinis ad ipsum furnum necessariis in Carnea, in contrata Avoltoi, ubi fuit antiquitus.

Concedit etiam quod possint reparare domos existentes, et alias necessarias pro habitatione ipsorum et familiarum suarum infra terminos eisdem assignandos: nec non unum aut plura molendina construere pro blado necessario molendo in aqua quae ibidem labitur, et reparare antiquum, et piscare in ipsa aqua, et cum eorum bestiis in coutrata libere pascularc. Ligna quoque necessaria eis pro hujusmodi aedificiis et pro fusinis ac furno praedictis, et usu eorum et familiarum suarum incidere et habere de Gualdo Luze, et alibi ubicumque a Pontetremulo sursum versus Sapadam usque in summo Clevae, et de summis montibus usque ad aquam decani; dummodo sibi et successoribus suis obedientes sint, et solvant sibi annuatim solidos quinquaginta Venetorum grossorum, et libras mille et quingentas ferri pro equis ipsius d. patriarchae, et pro quolibet molendino libram unam piperis; et non teneantur solvere mutam de victualibus quae ement et ducent pro usu suarum familiarum. A. N. U. [610.]

1328. 11. Junii. Utini. Paganus patriarcha mandavit Ubicino Malamuscbae gastaldioni s. Danielis, quatenus propter guerrarum pericula et alias conditiones imminentes ad praesens, aut quae possent imminere in partibus Forijulii, iret ad habitandum in domo Federici q^{m}. Blavisii de Forgaria. A. N. U. [611.]

1328. 19. Junii. In Civitate Austriae. Confessio Bayamontis Teupoli se recepisse a d. Johanne vicario d. Pagani patriarchae Aquilejensis libras centum parvorum pro solutione praesentis anni feudi et gratiae, quam habere debet ab ecclesia Aquilejensi pro parte sua de feudo sibi concesso de speciali licentia sedis apostolicae.

A. N. U. [612.]

1328. 26. Junii. In Civitate Austriae. Paganus patriarcha investit jure feudi habitantiae d. Conradum de Ovenstain, mareschalcum Karinthiae, de duabus habitantiis in Treufen, et de omnibus bonis per dictum d. Conradum ibidem emptis. A. N. U. [613.]

1328. 2. Julii. Utini. Paganus patriarcha concedit Bondominico q^{m}. Bambasini de Bononia licentiam construendi et aedificandi in flumine Lisontii veteris penes Flumesellum in loco, ubi dicitur s. Crux, unam segam et unum molendinum, solvendo annuatim pro dicta sega mediam marcham denariorum, et pro praefato molendino libras tres piperis. A. N. U. [614.]

1328. 8. Julii. Utini. Pro mille marchis, quas infra annum solvere debet ecclesiae Romanae, Paganus patriarcha obligat d. Bertrando apostolicae sedis legato gastaldias Carneae et Tulmini cum fructibus et redditibus universis ad eas spectantibus, mutas Aquilejensis ecclesiae, gratiam vini quod de partibus Istriae ducitur, ac censum consuetum et debitum quadringentarum et quinquaginta marcharum, quas d. dux et commune Venetiarum pro juribus et jurisdictionibus Istriae eidem d. patriarchae et ecclesiae Aquilejensi singulis annis praestare tenentur, ac etiam fructus, redditus, proventus et census quoscumque Aquilejensis ecclesiae, in quibuscumque rebus consistant.
B. M. U. [615.]

1328. 8. Julii. Utini. Paganus patriarcha volens sibi et ecclesiae Aquilejensi utiles et fideles vassallos acquirere, et Ardemano et Oscalcho filiis d. Jacobi de Cormono, consideratione patris eorum, qui eidem d. patriarchae et ecclesiae Aquilejensi grata et fidelia obsequia pertulit, gratis affectibus complacere, per suum capucium dictos fratres investit jure feudi habitantiae de loco et habitantia Foraminis cum omnibus bonis, mansis, juribus, jurisdictionibus et dominio.
B. M. U. [616.]

1328. 12. Julii. Utini. Ob fidelitatem et devotionem, nec non propter grata et devota obsequia, quae Gulielmus et Baldus de Barberano de Vincentia impenderunt patriarchae et ecclesiae Aquilejensi, Paganus patriarcha concedit eisdem quatuor mansos in villa de Chions, et tres mansos cum dimidio in villa Pratimajoris. B. M. U. [617.]

1328. 23. Julii. Utini. D. Articus episcopus Concordiensis jure recti et legalis feudi per fimbriam suae clamidis investit d. Martinum de la Turre de quodam manso sito in s. Johanne de Casarsa, qui olim fuit d. Philippi de la Turre. B. M. U. [618.]

1328. 25. Julii. Utini. Cum dudum propter rebellionem, derobationes et spolia, homicidia et alia nefaria opera et intollerabiles excessus multiplices Bonacursii et quondam Pelavicini fratrum de Osopio, tunc habitatorum d. patriarchae et ecclesiae Aquilejensis, d. Paganus patriarcha, cupiens juxta suam possibilitatem pravitatem hujusmodi tollere ac radicem illam pessimam in totum evellere, suaeque ecclesiae ac statui totius terrae et mercatorum transeuntium providere quieti, contra castrum praedictum et sceleratos praefatos, etiam contra fidem eorum se esse habitatores dicti loci et ecclesiae Aquilejensis denegantes, tunc obsidionem poni fecerit, non parcendo personarum sudoribus, suisque et camerae suae sumptibus et expensis, per quae, eorundem rebellione prostrata, et ipsorum effrenata superbia ad finem deducta, dictum castrum cum ejus pertinentiis ad ipsius patriarchae et Aquilejensis ecclesiae manus pervenit; illudque, superveniente recessu suo de partibus Forijulii, qui vocatus ab ecclesia Romana in Lombardiam accessit, et tempore longo permansit cum magno expensarum onere, usque ad praesentem diem fecerit et faciat custodiri: volens ad evitandas expensas incumbentes eidem circa custodiam dicti loci pro quiete, securitate et pace libere mercatoribus transeuntibus impendenda sibi et universis utiliter providere, ac de loco praedicto sibi et ecclesiae Aquilejensi fidelem acquirere habitatorem, idem d. patriarcha partem praefatam dicti castri, quam tempore rebellionis eorum dicti fratres tenebant, ac etiam partem quae olim fuit Fulcherii plebani et Fortunati fratrum de Osopio, per ipsum d. patriarcham ab eisdem certo pretio acquisitam, d. Federico de Savorgnano, pro se suisque haeredibus recipienti et ab eis descendentibus tam masculis quam feminis, tanquam bene merito ob remunerationem obsequiorum multorum eidem d. patriarchae et ecclesiae Aquilejensi gratanter et fideliter impensorum jure feudi habitantiae libere tradidit et concessit, eumque de partibus antedictis dicti castri praesentialiter investivit, ita quod idem d. Federicus et haeredes sui teneantur et debeant locum praedictum de Osopio aperire d. patriarchae et officialibus suis, eosque intus admittere, ac cum incumbat necessitas, de loco praedicto eidem omnem quem poterit succursum et favorem praestare, et juxta posse suum operam dare, quod strata mercatoribus et aliis transeuntibus libera permaneat et secura. B. M. U. [619.]

1328. 5. Augusti. Utini. Spontonus portavit litteram unam d. patriarchae ad Montemfalconem eo, quod massarii sui recusabant facere carratica ad exercitum Muglae. Ex libr. Camerarii. C. F. C. [620.]

1328. 27. Augusti. Utini. Receptis certis et idoneis cautionibus pro solutione illarum mille marcharum, in quibus d. Paganus erat papali camerae obligatus, d. Bertrandus Rotundi, decimarum collector et apostolicae sedis nuntius, mandat d. Johanni abbati Rosacensi, quatenus juxta continentiam et tenorem litterarum d. legati dictum patriarcham absolvere debeat a sententiis excommunicationis, suspensionis et interdicti in eum diversimode promulgatis. A. N. U. [621.]

1328. . . . Civitas nostra Utini, tempore suspicionis belli moenia ipsius munire volens, plebes sive villas ad hoc peragendum vocabat. Quapropter currente anno christiferae salutis millesimo trecentesimo vigesimo octavo, sub patriarchatu Pagani de la Turre Mediolanensis, existente gastaldione civitatis nostrae Utini nobili viro d. Conrado de Benardigio, ac nobilibus dominis Hectore ac Federico fratribus de Savorgnano ad gubernium deputatis a novo et veteri consilio civitatis, et Hermano de Percoto camerario communis, quidam timor surrexit, ne gentes regulorum vicinorum, faventibus castellanis patriae, dictam urbem aggredi tentarent, ad quam muniendam in ea parte, ubi turris erat post coenobium fratrum s. Dominici, sequentes villae sive plebes fuerunt vocatae, quarum hominibus laborantibus per camerarium praefatum communis, sic mandantibus d. gastaldione et ad gubernium deputatis, fuerunt dati panes quatuor in die cum duabus trullis vini pro quolibet laboratore et librae duae carnis: de Pasigliano, de Puzzoleo, de Cussignacco, de Vissantono, de Gallariano, de Orgnano, de Tricesimo, de Carpeneto, de Sclaunico et de Nimis.

Reverendus vero in Christo pater d. Paganus praefatus occasione dicti timoris belli cum d. comite de Ortemburg civitati nostrae imposuit impositionem centum marcharum solutarum per praedictum Hermanum camerarium communis; et dicta civitas fecit aptari murum castellanum vetustate consumptum, et illius stipari foramina post ecclesiam s. Francisci. Item custodias imposuit super portis Aquilejae de burgo et villae cum duabus ferreis catenis implumbatis pro qualibet porta. Idem fuit factum super portis Postcollis de burgo, ubi erat magnus lacus sive gurges; Grazani de burgo, s. Lazari de burgo (quae porta est a dominis Floriis possessa), Glemonae de burgo (in cujus loco nobile aedificium familiae de Toninis est construc-

tum, nunc per Cartarios possessum); s. Bartholomaei, sive de Civitate (nunc possessa per familiam de Manticis), mediante publica recognitione. Alia porta erat, quae Utini dicebatur, ejus locum nequeo praecise demonstrare; credo ego quod ista porta sit illa turris noviter restaurata a Ludovico Manino patricio Veneto. Intrinsecus vero erat porta civitatis, et erat in circuitu arcis antiquae, sive castri, et creditur in loco ubi est turris boraria; et civitas sive castrum antiquum unicam habebat purtam. Nam in quodam codice pervetusto de anno salutis millesimo trecentesimo vigesimo octavo expensarum factarum per dictum camerarium communis, conscripto manu Benvenuti notarii communis, ita legitur: „Item die eadem, scilicet quarta Julii, pro reparatione serraturae portae civitatis intrinsecus dedi denarios quatuor". Putei etiam sub monte et fori novi fuerunt optimis funibus aptati pro aquis hauriendis ad beneficium populi et militiae.

De mandato ulterius d. gastaldionis et consilii civitatis missae illico sunt spiae ad videndum, ubi reperiantur illi de Ovenstain; ob hoc etiam per octo dies continuos de mandato, ut supra, steterunt Bordonus et Petrus de Postcollo super palatio rev. d. patriarchae pro effectu praedicto. Provisum etiam fuit quod filius cujusdam vocati Gambelongiae staret die noctuque cum socio supra turrim campanarum ad sonandum campanas ad martellum, casu quo gentes praedictae vellent venire ad damna nostrae urbis et illius territorii, nec non villarum extrinsecarum.

Sed quia diversa deerant arma, decretum fuit quod per magistrum Aulinum artificem multae deberent construi pillotae et alia artificia ad defensionem civitatis. Onus militare de commissione d. gastaldionis et consilii fuit impositum popularibus et burgensibus, qui postea dederunt monstram in Campoformio, clamantibus Vintero et Dunello praeconibus communis ad sonum pivae.

Illi etiam de Sacilo timebant supradictas gentes; ideo civitatem nostram humillime supplicaverunt de auxilio. Quibus Sacilanis de commissione d. gastaldionis et consilii missi fuerunt quindecim armati pedites, quibus pro stipendio unius mensis exbursatae fuerunt duae de viginti marchae.

Dicto tempore novitas est suborta inter homines terrae Muglae, quae multum displicuit civitati nostrae. Quapropter de mandato gastaldionis et totius consilii missi fuerunt in ambaxiatores et nuntios ad commune dictae terrae Andreas et Odorlicus Miulite, super eo quod

dictae civitati multum displicebat dicta novitas; et etiam pro illa sedanda et tollenda, cum nostra civitas magnam semper habuerit protectionem dictae terrae Muglae.

Hoc interim d. patriarcha cum militia Utinensi ivit Medunam pro visitatione illius loci; et de mandato d. gastaldionis et consilii cum dicta militia ivit Nicolussius q^m. d. Federici Andriottae, qui expendit pro victu dictarum gentium marchas quindecim.

In suo antiquo splendore nihilominos nostra communitas permanebat. Nam fecit tunicas praeconibus suis de panno rubeo et viridi cum suo cucullario, pro quibus tunicis conficiendis empta fuerunt brachia triginta septem cum dimidio panni. Item factae fuerunt tres banderiae de vilgesio, et tres pinelli ad usum et magnificentiam ipsius.

Ex schedis Fontanini. B. S. D. [622.]

1328. 15. Novembris. Utini. Johannes Petrus et Duringussius de Mels, executores testamenti q^m. d. Duringi de Mels, eo quod persolvere non curaverint communi Glemonae infra terminum eis assignatum mille et triginta libras parvorum, per usurariam pravitatem dicto communi extortas per supradictum q^m. d. Duringum, in omnibus ecclesiis excommunicati denuntiantur. A. N. U. [623.]

1328. 18. Novembris. In monasterio Mosacensi. D. Bertoldus abbas monasterii Mosacensis confert jure feudi ministerialis, quod pertinet ad scutiferale officium, Henrico de Protresach decimam, quae colligitur in villa quae dicitur Prut, quae jacet apud Cillam, et omnea fructus et proventus ejus; ita tamen quod praefatus Henricus praenominato abbati et succcessoribus ejus fideliter et legaliter serviat et obediat.

B. S. D. [624.]

1328. 26. Novembris. Utini. Paganus patriarcha, ad quem pleno jure spectat dare potestatem aut rectorem terrae de Pola, confirmat nobilem virum d. Georginm Basilium de Venetiis in dictae civitatis potestatem ac rectorem de sua licentia electum. A. N. U. [625.]

1328. 9. Decembris. Utini. Nicolaus de Sorphumberch investitur a domino Pagano patriarcha de bonis, quae Vorlicus pater ejus et ipsius antecessores habuerunt ad rectum et legale feudum ab ecclesia Aquilejensi, quorum longam in scriptis exhibet seriem.

A. N. U. [626.]

1328. 17. Decembris. Guarnerius q^m. Conradi de Agello habet in feudum ab ecclesia Aquilejensi tres mansos in villa de Agello, et debet pro praedicto feudo ministerii servire d. patriarchae cum uno

equo pro somerio, qui portet praeparamenta capellae d. patriarchae, quando vadit ad dominum imperatorem pro suis feudis. A. C. U. [627.]

1328. 30. Decembris. Aquilejae. Paganus patriarcha permittit Sigeboldo plebano Sacili, qui subdiaconatus ordinem snsceperat, quod obtentu scientiae, in qua proficere cupiebat, nsque ad septennium ad superiores ordines non teneretur ascendere, id est quousqne staret in generali studio, et stnderet in jure canonico. A. N. U. [628.]

1329. 17. Januarii. Utini. Paganus patriarcha per unnm capucium, quod in suis tenebat manibns, investit Philippum filium Zilii et fratres de s. Daniele de quadam domo et campo, quae sunt de feudo ipsius d. patriarchae deputato ad custodiam carceris et ad portandum litteras. A. N. U. [629].

1329. 2. Martii. Utini. Paganus patriarcha constituit d. Berofinum de Giraldis ejus procuratorem et nuntium ad petendum et recipiendum a d. Francisco Dandulo duce et communi Venetiarum pecuniam eidem d. patriarchae et ecclesiae Aquilejensi debitam pro juribus et jurisdictionibus Istriae. A. N. U. [630.]

1329. 15. Martii. Griez. Henricus rex Bohemiae et dux Carinthiae notificat Pagano patriarchae, quod Johannes civis Breume spoliatus fuerat per homines ecclesiae Aquilejensis de centum et triginta marchis argenti in strata portus Latisanae, quam ipse assecuraverat: unde instanter petit, quatenus dicto Johanni res sibi ablatas restitui faciat, alioquin committet Chonrado de Ovenstayn, ejus capitaneo in Venzono, quod securitatem hujusmodi debeat retractare. A. N. U. [631.]

1329. 22. Martii. Utini. Miratur Paganus patriarcha, qnod Henricus rex Bohemiae dicat in suis litteris, se assecurasse vias ecclesiae Aquilejensis, cnm talis assecuratio ad nullum pertineat nisi ad ipsum patriarcham et dictam ejus ecclesiam. Displicet quidem dictum Johannem civem de Breume, quamvis non sine ejus culpa, in terris sui patriarchatus spoliatnm fuisse, immo contra spoliatores praedictos asserit se hraebium extendisse, et quia se in Spegnimbergum contulerant, contra dictum locum exercitum parasse: verum gens comitatus Goritiae et ipsius d. regis, cui ob ejus reverentiam gratiose transitum concesserat, per Sclusam intravit ad dictorum rebellium et spoliatorum defensionem. Propter qnod non valens obtinere intentnm suum oportuit eum cum illis pacificari. Videat igitur d. rex, si juste moveatur ad ea committenda illi de Ovenstain, quae in suis litteris comminatus est. A. N. U. [632.]

1329. 23. Martii. Utini. Tempore rebellionis illorum de Osopio Paganus patriarcha pro obsidione et recuperatione dicti loci magnas et graves expensas sustinuerat, quas aestimabat fuisse marchas septingentas denariorum et ultra. Pro custodia autem dicti loci et securitate stratarum in retinendo ibi custodes et homines plures magnas adhuc expensas passus erat. Hinc volens evitare expensas praedictas dedit, cessit et transtulit d. Federico de Savorgnano omnia jura, quae ipse habebat in loco praedicto: ita ut idem d. Federicus et sui haeredes habeant de cetero et possideant dictum locum in feudum habitantiae; et hoc pretio et foro octingentarum marcharum denariorum.

B. M. U. [633.]

1329. 23. Martii. Utini. Paganus patriarcha intendens honorare personam d. Thomasutti de Cucanea, quem inter ceteros fideles ecclesiae Aquilejensis promptum semper invenit et paratum ad defensionem et conservationem ejus jurium et bonorum, quendam locum inhabitatum et sine ullo aedificio, in quo, ut dicitur, fuit antiquitus castrum, quod dicebatur Feletan, ob cujus castri defectum strata publica erat minus secura et multae robariae et homicidia perpetrabantur: ut deinceps malefactoribus via perpetrandi talia percluderetur et honor et utilitas dictae suae Aquilejensis ecclesiae augeretur, concessit praefato d. Thomasutto et ejus haeredibus jure feudi habitantiae, eumque cum uno baculo, quem tenebat in manu, investivit. A. N. U. [634.]

1329. 19. Aprilis. Aquilejae. Post obitum d. Pertoldi abbatis de Mocio prior et monaci dicti monasterii, non obstante reservatione facta per summum pontificem, eligere sibi in abbatem praesumpserunt quendam fratrem Martinum de Ripa de ordine praedicatorum, monachum profugum, tabernas frequentantem, eis similem in moribus, et, ut dicebatur, adjecto pacto, quod renunciabit, cum ejus promotores voluerint, et in eodem monasterio monachus remanebit. Cumque decretum electionis praesentatum esset d. Pagano patriarchae, ut electionem hujusmodi confirmare deberet, ipse ob reverentiam sedis apostolicae et ignominiam electi eorum petitionibus annuere recusavit, ejusque appellationem ad d. legatum cum suis litteris remisit. A. N. U. [635.]

1329. 26. Aprilis. Aquilejae. Frater Johannes de Padua cum missam conventualem celebraret in ecclesia fratrum minorum de Utino, alta et clara voce inter alias orationes dixit etiam illam, quae de Romanorum imperatore mentionem facit, non sine murmuratione astantium propter Bavarum, qui se faciebat imperatorem et persequebatur

ecclesiam Dei, et ab ea reprohatns et excommunicatua erat ac de haeresi condemnatus. Unde admonitns ipse frater Johannes a d. Pagano patriarcha, recognovit se male dixisse et fremuit in semetipso.

A. N. U. [636.]

1329. 3. Maii. In Civitate Austriae. Electi fuerunt ad examinandum, corrigendum et ordinandum statuta et ordinamenta communia tam sub d. gastaldione, quam sub advocato Civitatensi, et ad dandum claves portarum, et ad audiendas rationes officialium communis, domini Philippus de Portis, et Henricus qm. Petri Fondani provisores communis, Guilelmus magistri Walteri, Nicolaus d. Biliardae, Jacobus Johannis d. Ottonelli, et Johannes qm. magistri Juliani.

C. M. R. [637.]

1329. 5. Maii. Utini. Paganus patriarcha mandat d. Ulvino de Pramperch cannnico Civitatensi, quatenns sub excommunicationis poena restituat decem armenta, unum runcinum, decem et octo pecudes et quatuordecim agnos, quos indebite et injuste abatulerat Johanni de Clevi, massario de. Altefloris de Savorgnano. A. N. U. [638.]

1329. 5. Maii. Utini. Paganus patriarcha ordinavit et statuit, quod custos et canonici qui nunc sunt, et qui pro tempore fuerint in ecclesia Utinensi, in morte eorum disponere non valeant de fructibus et proventibus praebendarum suarum, sed solum pro remedio animarum defunctorum ac benefactorum suorum in eorum anniversario quolibet anno celebrando dicti fructus et proventus converti debeant, et inter praesentes dividantur. A. C. U. [639.]

1329. 7. Maii. Utini. Paganus patriarcha cum uno libro, quem tenebat in manibus, investit jure feudi habitantiac Petrum dictum Rubeum qm. Guschetti de Aviano de quodam casamento in castro Aviani apud murum castellanum. A. N. U. [640.]

1329. 11. Maii. Johannes papa XXII. pro relevandis multiplicium expensarum oneribus, quibus camera sua tunc gravabatur, fructus, redditus et proventus omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum in diocesi Aquilejensi vacantium usque ad unum annum sibi reservandos duxit, et eius camerae applicandos. A. N. U. [641.]

1329. 7. Junii. Utini. Infrascripta sunt quae per consiliarios in colloquio generali nuper electos et una cum d. patriarcha in sala inferiori patriarchalis palatii Utini congregatos, ordinata et firmata fuerunt.

I. Stratae sint securae et liberae omnibus tam mercatoribus, quam aliis quibuscumque personis cujuscumque conditionis existant. Quicum-

que stratas ipsas violare, rumpere aut turbare, ac spolia et derobationes super ipsis committere praesumpserit quocumque modo, sive nobilis, sive popularis existat, si haberi aut capi poterit, justitia debita puniatur. Si vero haberi aut capi non poterit, sub eadem poena perpetuo sit bannitus per universas terras, et a quocumque dominio ecclesiae Aquilejensis. De bonis autem malefactoris praedicti, si qua habebit, aut habere poterit, satisfiat spoliato usque ad summam ejus quod acceptum fuerit sibi, et stetur sacramento suo. Acceptantes vero malefactores et derobatores praedictos aut cum re taliter derobata, aut sine, et admittentes eosdem in castris, fortilitiis aut domibus suis, si scienter fecerint, et ipsos aut ipsum cum spolio et derobatione hujusmodi infra tres dies non praesentaverint et assignaverint d. patriarchae aut officialibus suis, simili poenae subjaceant, et contra ipsos sic per dominium viriliter provideatur, ac si per ipsos scelus hujusmodi fuisset commissum.

II. Militia firmetur juxta taxationem elmorum et ballistarum alias unicuique datam, quae duret usque ad unum annum: et litterae more solito mittantur universis, qui quam citius possunt parare debeant equos et arma, ut quandocumque eos d. patriarcha requisiverit aut pro mostra aut pro alio casu superveniente, nihil eis deficiat.

III. In casu restituendae dotis terminus conveniens assignetur, et ipsa restitutio fiat sine strepitu et figura judicii. Dominae sive mulieres in restitutione hujusmodi ceteris creditoribus praeferantur, et quoad haeredes ipsarum modus similis observetur.

IV. Fortificatio passus seu transitus castri Moscardi fiat expensis hominum et villarum de Carnea apponente d. patriarcha, sicut se obtulit, partem suam. Eligantur proinde aliqui boni homines, qui distributionem justam et rationabilem faciant inter illos de Carnea, et pecuniam colligant ad perfectionem illius operis, et gastaldio Carneae nullam circa praedicta habeat potestatem.

V. Super facto d. Hugonis de Duyno, qui multa damna fecerat in partibus Istriae ecclesiae Aquilejensi, et praeventus morte restitutionem facere non potuerat, provisum fuit, quod non deficiatur d. patriarchae per servitores ecclesiae ad recuperandum quod sit sui juris, et faciendum id quod sit honoris d. patriarchae et ecclesiae Aquilejensis. Pro quibus et aliis tangentibus statum totius terrae electi fuerunt duo ambaxatores, qui vadant ad dominam comitissam, videlicet d. decanus Aquilejensis et d. Bernardus de Strassoldo. A. C. U. [642.]

1329. 9. Junii. Utini. Paganus patriarcha restituit d. Hectori de Savorgnano mutuatas sibi marchas ducentas et triginta et Frixachenses nonaginta sex, pro quibus ei obligaverat quaedam bona sita in villis de Carnea de subtus et superius, Teypano, Pressinico, Carabello et Campoformio. A. C. U. [643.]

1329. 20. Junii. Venetiis. Franciscus Dandulo dux Venetiarum rogat d. Paganum patriarcham, quatenus Donato Quirino civi Venetiarum concedat licentiam discedendi cum frumento et blado acceptis sibi violenter per potestatem et homines de Marono. Florio. [644.]

1329. 22. Junii. Aquilejae. Post visitationem factam per Gulielmum decanum Aquilejensem, Paganus patriarcha notificat capitulo et ecclesiis de Verona sibi et ecclesiae Aquilejensi immediate subjetis, quae circa canonicos et dictas ecclesias reformanda invenerit, videlicet:

I. Ficta seu census quinque domorum canonicorum Veronensium positarum juxta portam ipsius canonicatus dividantur deinceps aequis portionibus inter omnes canonicos.

II. Possessio, quae dicitur Frixolana, assignata receptis ultra numerum canonicorum, ex quibus non supererat nisi unus, revocetur ad manus et canipam capituli Veronae, et superstiti supradicto provideatur per capitulum de competenti stipendio.

III. Canonicus permessanus dimittat possessionem legatam capitulo, et ab ipso capitulo recipiat aliunde censum aequalis valoris ejus quem recipit ex eadem.

IV. Bernardus domicellus, qui tenet possessiones deputatas ad fabricam, faciat statim cooperire ecclesiam et porticum, et magis sit sollicitus in hiis quae pertinent ad suum officium, et in reddenda ratione.

V. Presbyter Bartholomaeus de Mantica septimanam suam continue faciat, et melius vadat ad officium, ac infra mensem obligetur quod magis voluerit ex duobus altaribus quibus servit, unum aut alterum dimittere, nec praesumat de cetero binas in die missas celebrare.

VI. Nicolaus mansionarius corrigatur de blasphemiis Dei et sanctorum, de ludis traxillorum et de discursu inhonesto.

VII. Mansionarii faciant, ut tenentur, residentiam in canonica, et in divinis officiis ecclesiae assiduum famulatum impendant.

VIII. Capellani s. Helenae bis in hebdomada celebrent pro defunctis patronorum suorum. Massarius inquirat de bonis praebendarum, quae si per aliquem invenerit vendita fuisse, ad eorum recuperationem

intendat. Novem hostiarii resideant in ecclesia, et si residere noluerint, fructus beneficiorum suorum eisdem subtrahantur. A. C. U. [645.]

1329. 29. Junii. Junae. Everardus praepositus Jnnensis supplicat d. Pagano patriarchae, ut ei indulgeat, si citatus ad instantiam presbiteri Ulrici plebani de Vanstrap in termino sibi assignato non valeat coram eo personaliter comparere, cum feriae rusticae tunc instent et oporteat illum fruges recolligere, si vult ipsemet una cum canonicis et ejus familia hoc anno sustentari.

Sequitur narratio canonicorum Jnnensium, in qua deferuntur d. patriarchae vitia, quibus dictus plebanus de Vanstrap erat apud omnes diffamatus, nec non excessus per eum commissi non solum contra nuntios dicti praepositi, verum etiam contra ejus personam; propter quod omnium impetu aggressus et tandem captus fuerat in carcerem detrusus. B. M. U. [646.]

1329. 2. Julii. In Civitate Austriae. Paganus patriarcha cum uno capucio, quod in suis tenebat manibus, investit jure feudi habitantiae d. Hectorem Petenati de sedimine posito in castro Utini, et omnibus juribus ad ipsum spectantibus. A. N. U. [647.]

1329. 4. Julii. D. Canis obsedit Tarvisium quarto intrante Julio, et die tertia post diem clausit extremum propter disenteriam quam habuit, sicut per astrologum quendam praedictum fuit triginta tribus annis ante, id est quod d. Canis debebat esse dominus totius marchiae Tarvisinae, et postea debebat in brevi tempore mori, et ita factum est.
Odoricus a Portunaonis. — C. M. A. [648.]

1329. 5. Julii. In Civitate Austriae. Paganus patriarcha pretio et foro ducentarum marcharum emit a d. Conrado de Reyfimberg decimam de terra Muglae in Istria, et conveniunt inter se quod communibus expensis rediment de manibus haeredum q^m. Albertini Mauroceni de Venetiis partem dictae decimae quam ipsi detinent; et postquam recuperaverint, d. patriarcha, retenta ejusdem partis medietate, dabit aliam in feudum dicto d. Conrado. B. M. U. [649.]

1329. 8. Julii. In Civitate Austriae. Aqua Liquentiae, quae labitur per Sacilum, adeo excreverat quod pons cecidit in parte, et sclusa, sive rosta molendinorum ipsius terrae erat quasi tota destructa, ita quod dicta molendina perirent, nisi eis celeriter succurreretur. Verum d. patriarcha non habens ad praesens promptam pecuniam, unde expensas ad restaurandam dictam rostam necessarias faceret, concessit Omnibono, qui dicitur Bene de Sacilo, qui expensas hujusmodi facere hac

vice de suo promisit, quod in molendino, quod ipse habebat ad livellum in flumine ipso appellatum molendinum Fulargae, pro quo solvebat annuatim d. patriarchae viginti quatuor staria surgi, possit et valeat tertiam rotam sive molam aedificare, et nihil aliud deinceps solveret nisi praedictum livellum viginti quatuor stariorum surgi.

A. N. U. [650.]

1329. 20. Julii. Avenione. Johannes XXII. pontifex, qui provisiones monasteriorum quorumcumque ordinum vacantium dispositioni sedis apostolicae usque ad suum beneplacitum duxerat reservandas, intendens per obitum Bertoldi abbatis s. Galli de Mocio de persona novi abbatis dicto monasterio salubriter ac utiliter providere, praefecit illi in abbatem, et curam et administrationem tam in spiritualibus quam in temporalibus ejusdem monasterii commisit d. Giberto priori prioratus s. Margaritae de Buclescha Parmensis diocesis.

A. D. U. [651.]

1329. 23. Julii. Utini. Paganus patriarcha in generali colloquio Utini celebrato duas denuntiavit esse causas ejus convocationis, videlicet:

Prima, ut certae provisiones et ordinationes factae die lunae decima hujus mensis per ipsum d. patriarcham et sex consiliarios et sapientes electos per consilium, et in ejus generali consilio super facto bladi, de quo propter malam custodiam tota terra Forijulii passa fuit caristiam maximam, ne per portus et alia loca extraducatur ad loca extranea, legantur ibidem in pleno colloquio, uti, si placuerint toti colloquio, firmentur et observentur, aut corrigantur vel mutentur prout pro meliori fuerit.

Secunda super damnis et gravaminibus illatis, et quae continue inferuntur per servitores comitatus Goritiae, cum quibus ipse d. patriarcha semper inclinatus est habere pacem et bonum amorem, et specialiter de novo factis per Petrum de Petrapilosa in partibus Istriae. quae ipse d. patriarcha nullo modo potest tolerare, et super quibus ex nunc d. patriarcha sub debito fidei et sacramenti, quibus tenetur ecclesiae Aquilejensi, requisivit consilium et auxilium ab omnibus qui erant in colloquio et non erant.

Quibus sic expositis, lectae fuerunt provisiones praedictae editae super facto bladi, quae tales sunt:

I. Officiales d. patriarchae non permittant in portubus, quos habent in custodia, bladum transire vel conduci extra Forumjulium ad gentes extraneas.

II. Provideatur de personis quae stent ad custodiam hujusmodi bladi non extrahendi, et habeant claves catenarum et portus, vel habeant officium accusandi qui conducent bladum contra inhibitionem praemissam.

III. In villis et terris publice proclametur, quod nullus vendat bladum forensibus, ne extraducatur contra praefatam provisionem.

IV. In curtinis blada et vinum non reponantur nisi solum per unum mensem.

V. Hominibus de Portugruario mandetur, quod observent provisionem praemissam, et notificetur hominibus de Portu Latisanae, quod non emant blada per villas Forijulii, nec empta recipiant in dicta eorum terra, ut conducantur per patriam Forijulii, et scribatur d^{ae}. comitissae, quod sibi placeat mandare dictis hominibus de Portu Latisanae, quod praemissa debeant observare propter communem utilitatem patriae.

VI. Nullus rusticus aut mercator audeat pro aliquo forensi emere, aut conducere, vel conduci facere bladum extra terram Forijulii.

Quibus auditis visum fuit omnibus tam praelatis, quam nobilibus et comunitatibus de dicto colloquio, quod praedictae provisiones ut bonae, utiles et necessariae observari deberent, confirmari et approbari, ut eandem firmitatem haberent, ac si essent editae per dictum colloquium.

Super vero aliis propositis per d. patriarcham steterunt cum d. decano Aquilejensi, qui consuluit et dixit, quod videbatur sibi, quod cum d. patriarcha haberet praedictos sex consiliarios, cum quibus melius posset providere quam cum multis, deliberaret et faceret illud, quod melius et utilius, et magis honorificum esset pro d. patriarcha et ecclesia Aquilejensi et statu pacifico totius terrae Forijulii.

A. C. U. [652.]

1329. 1. Augusti. Tarvisii. Stephanus q^m. Virgilii de Civitate Austriae manu armata in districtu Tarvisii ceperat Nicolaum de Clavello judicem, et ligatum duxerat et tenuerat in compedibus in Strassolt per septem septimanas, et eum derobaverat et extorserat ab eo in pecunia, libris, equis et aliis rebus ultra valorem undecim millium librarum. Quapropter potestas, consilium et commune Tarvisii mittunt ad d. patriarcham et generale colloquium ambaxatorem pro relaxatione dicti d. Nicolai, et ut pacem et concordiam tractare possint cum eodem.

offerunt se paratos suspendere usque ad proximas Kalendas Octobris repressaleas dicto eorum civi concessas contra omnem hominem de Forojulio. Verci. [653.]

1329. 7. Augusti. In castro Sacili. Paganus patriarcha investit Franciscum de Canipa de feudo ministerii portandi litteras ipsius d. patriarchae, quando est in Sacilo, infra Tulmentum et Liquentiam.

Eusebius. — A. N. U. [654.]

1329. 7. Augusti. In castro Sacili. Paganus patriarcha investit Odorlicum de Pasqueto et Nicolaum fratrem ejus de tertia parte habitantiae in castro Aviani; nec non Franciscum de Aviano et Bellisinum ac Jacobum ejus nepotes de alia tertia parte; et denique ipsos Odorlicum et Franciscum pro Thomasino et presbitero Odorlico, eorum consanguineis, de alia tertia parte, ita quod possint sicut alii habitatores dicti castri aedificare in eadem habitantia etiam super ipsius castri murum, et facere debeant et servare omnia, quae feudum habitantiae praedictae requirit. A. N. U. [655.]

1329. 16. Augusti. Utini. Johannes Palmae missus fuit Civitatem, ut ipsi parati cum armis et equis venirent in auxilium nostrum contra illos de Castello. Ex libr. camer. [656.]

1329. 1. Septembris. D. patriarcha proclamari fecerat, quod omnes subditi Aquilejensis ecclesiae essent armis et equis parati ituri in Istriam ad prosequendum vexillum ecclesiae Aquilejensis.

Benvenutus Not. — A. N. U. [657.]

1329. 2. Septembris. Utini. Ex parte d. Bertrandi cardinalis apostolicae sedis legati pro decimo anno suae procurationis imponuntur d. Pagano patriarchae et clero Aquilejensis diocesis mille ducenti et triginta floreni auri, et stricte eisdem praecipitur, quod infra duorum mensium spatium eos persolvere debeant. A. N. U. [658.]

1329. 3. Septembris. Utini. Johannes Palmae missus fuit Coneglanum per d. gastaldionem et consilium, ut exploraret, si gens aliqua modo nuper veniret Tarvisium; qui portavit unam litteram ex parte d. Hectoris Beni de Sacilo, ut ipse eidem nuncio referret novum de dominis de la Scala, et si aliqua gens venerit Tarvisium.

Ex libr. camer. [659.]

1329. 6. Septembris. Utini. Paganus patriarcha jure recti et legalis feudi investit Tobiam q^m. Mercadanti de quodam prato quinque aut sex sectorum sito juxta Castagnarutum per viam qua itur Lovariam.

B. M. U. [660.]

1329. 10. Septembris. Utini. Fransiscus Cerdoni missus fuit Glemonam per d. gastaldionem et consilium cum una littera in servitio d. Hectoris, ut auxiliareutur eidem contra illos de Forgaria.

Ex libr. camer. [661.]

1329. 11. Septembris. Utini. Franciscus Cerdoni missus fuit cum una littera d. Hectoris Bujatto de Cormons, ut caute inquireret, si gens comitatus gentem aliquam faceret venire, et si novitatem facere contra d. patriarcham intenderent. Ex libr. camer. [662.]

1329. 12. Septembris. Montefalcone. In remunerationem servitiorum, quae fideliter impendere coepit et continuare promisit cum quinque elmis armigeris usque ad finem novae guerrae, quam habebat cum comitatu Goritiae, d. Paganus patriarcha concedit d. Conrado dicto Vuquhad gastaldiam terrae de Vipaco a festo s. Georgii proxime venturo ad unum annum cum omnibus fructibus, redditibus, proventibus, jurisdictione et garito, promittens eidem in hujusmodi servitio existenti, quod expensas pro eo et equis suis faceret, sicuti et caeteris suis familiaribus, et insuper quod non faceret treguam nec pacem cum comitatu praedicto, quin et ipse in eodem tractatu positus esset; et si comitatus ex hac causa contra illum vel ejus bona procederet, et damnificatus fuerit, resarciet sibi damna ejusmodi, remuneraturus illum melius, ai sibi facultas affuisset, prout ejus servitia continuata exposcent.

A. N. U. [663.]

1329. 8. Octobris. In villa S. Johannis de Manzano. Cum guerra et discordia gravis viguisset et esset inter d. Paganum patriarcham et ejus servitores et subditos ex una parte, et magnificum d. Albertum Goritiae et Tirolis comitem et comitatus Goritiae vicarium generalem suosque et ipsius comitatus servitores et subditos ex altera: volentes dictae partes, cooperantibus utriusque partis amicis, hujusmodi guerrae et discordiae finem imponere, et compromissum facere per procuratores et sindicos partium praedictarum, prudens vir d. Franciscus notarius de Utino, procurator et sindicus dicti d. patriarchae, ex una parte, et nobilis vir d. Reulus de Eberstayn, procurator et sindicus d. comitis antedicti, ex altera commiserunt, et se compromiserunt in d. Guidonem de Manzano decanum ecclesiae Civitatensis, et d. Articum de Prampergo militem, et d. Grifonem de Reutembergh et Collonem de Vlaspergo milites tanquam in arbitros, arbitratores et amicabiles compositores tam super guerra et discordia antedictis, quam super damnia, injuriis, offensionibus, spoliis, praedis, rapinis, captionibus et capti-

vorum detentionibus, et quibuscumque aliis occasione praedictae guerrae hinc inde commissis et factis; dantes eisdem plenam et liberam potestatem componendi et arbitrandi quomodocumque voluerint usque ad proximum festum Nativitatis Domini, usque ad quod tempus treguae factae sunt inter partes praedictas. Quod si praefati arbitri super praedictis communiter concordari non possent, tunc communiter eligere possint alium quintum arbitrum, qui cum eis super omnibus et singulis antedictis similem habeat potestatem. Promittentes ex tunc habere ratum, gratum et firmum quidquid per ipsos dictum, factum et diffinitum fuisset, sub poena trium millium marcharum, hoc tamen per dictum d. Reulum procuratorem expresse addito, quod si compromissum hujusmodi, et ea quae ordinabuntur et sententiabuntur per arbitros antedictos, placebunt d. duci Karinthiae, procedant, et aliter non. B. M. U. [664.]

1329. 9. Octobris. Utini. Domini Johannes de Villalta et Federicus de Savorgnano jurant ad s. Dei evangelia, prout in Montefalcono alii juraverunt, de dando operam juxta eorum posse, quod treguae servabuntur inter ipsum d. patriarcham et comitatum Goritiae, subjiciendo se eisdem poenis cum aliis. B. M. U. [665.]

1329. 11. Octobris. Utini. D. Paganus patriarcha cum quodam capucio, quod in suis tenebat manibus, investit Petrum q^m^. magistri Francisci medici de Tergesto, pro se et fratribus suis recipientem, de habitantia et fendo habitantiae de Castro Veneris, quae olim fuit Henrici q^m^. Johannis de dicto loco, et de qua dictus q^m^. magister Franciscus pater ejus ab ipso d. patriarcha fuerat investitus, cum omnibus mansis et juribus ad ipsam spectantibus. B. M. U. [666.]

1329. 21. Octobris. Utini. Commune et homines Aviani ad honorem Dei, b. Mariae virginis et omnium Sanctorum quandam ecclesiam apud castrum ejusdem loci sub vocabulo b. Julianae virginis noviter construxerant pro eo, quod antiqua ecclesia, quae erat posita in castro, propter ipsius structuram et sepulturam corporum defunctorum, et ad alia necessaria populo non erat capax, unde supplicabant d. Pagano patriarchae, ut oblationem novem camporum per eos factam benignius reciperet, et eidem ecclesiae assignaret in dotem, ac ipsam ecclesiam cum praedicta antiqua uniret: ita quod haberet coemeterium et parrochialis existeret communis et hominum praedictorum. Qui d. patriarcha totius populi terrae Aviani supplicationibus inclinatus, campos sibi oblatos recepit, ipsosque praefatae ecclesiae s. Julianae,

quam esse decernit unum corpus cum ecclesia jam dicta antiqua, in dotem suam et instituendae in eisdem personae in sustentationem assignavit, deputavit et perpetuo confirmavit: statuens et decernens, quod ecclesia ipsa, sive ecclesiae simul unitae de cetero proprium habeant rectorem, praesentandum, quoties tempus ingruerit, per commune et homines Aviani ipsi d. patriarchae et successoribus suis et per eos instituendum in eis: quodque ecclesia s. Julianae parrochialis existat, et coemeterium habeat ad sepulturas omnium dictae terrae: sibique in dotem suam ejusque rectoris sustentationem dictos campos assignavit. Et ut ex nunc ordinatio jam dicta debitum incipiat effectum habere, idem d. patriarcha presbiterum Franciscum q^m. Henrici de Urzago sibi per jam dictum commune et homines Aviani praesentatum in rectorem ejusdem ecclesiae, sive ecclesiarum instituit, ipsumque per biretum suum praesentialiter de ipsis et omnibus juribus spiritualibus et temporalibus spectantibus ad easdem investivit. B. M. U. [667.]

1329. 22. Octobris. Utini. In generali colloquio Utini celebrato, exposita ambaxata ex parte d. ducis Venetiarum per nobilem virum d. Johannem Marini Georgii de Venetiis, super certo subsidio bladi, quod petebat amicabiliter et de gratia, causis pluribus et rationibus assignatis: d. patriarcha replicans petitionem praedictam requisivit omnes de colloquio, ut consideratis diligenter et provide omnibus, tam quae praesentialiter occurrunt, quam quae occurrere possunt in futurum, viderent et consulerent, quid esset melius et utilius super petitione dicti bladi, et quidquid respondendum esset; addens ipse d. patriarcha verbis suis, quod requisitus erat super tractatu concordii fiendi cum d. comite et comitatu Goritiae, super quo scire volebat voluntatem eorum, utrum placeret eis, quod tractatus procederet, vel quid consulerent; et quia d. Palia de Vaumo quosdam ballos acceperat cuidam mercatori et nolebat eos restituere, licet sibi d. patriarcha mandasset, videretur quid agendum super hoc et super aliis derobationibus quae fiunt. Et tunc finitis verbis d. patriarchae, surrexit d. ambaxator communis et hominum de Tergesto, et similem petitionem fecit de blado pro dicto communi.

Et consultum et obtentum fuit, quod novi consiliarii fiant, cum quibus d. patriarcha videat et provideat super praedictis, prout fuerit pro meliori tam pro honore ipsius d. patriarchae, ecclesiae Aquilejensis et servitorum suorum, quam pro bono statu totius terrae Forijulii, et quidquid fecerint, totius colloquii vigorem habeat. B. M. U. [668.]

1329. 24. Octobris. D. Paganus patriarcha pignorat d. Hectori de Savorgnano omnia bona, quae habet in Carnea de subtus et de supra, et in villis de Taypano et Persinico; nec non medium mansum in Canalutto gastaldiae Tricesimi, et quinque mansos in villa de Campoformio et gastaldiam Faganeae cum garitu, juribus et jurisdictionibus ad eam spectantibus pro trecentis marchis denariorum, pro evidenti et urgenti necessitate, scilicet pro solvendis nobilibus et subditis, qui cum eo ac pro eo fuerunt tam in Istria, quam in Montefalcone tempore guerrae contra comitem Goritiae. Bellonus. — B. M. U. [669.]

1329. 12. Novembris. Concessio et venditio nomine locationis facta per d. Paganam patriarcham reddituum, proventuum, introitorum, jurium ac jurisdictionum, citra poenam sanguinis, quas idem d. patriarcha et ecclesia Aquilejensis habent in villa s. Sirici in marchionatu Istriae, dominabus monialibus monasterii s. Johannis de Torcello ad decem annos, solvendo annuatim libras centum denariorum Venetorum.
Bellonus. — B. M. U. [670.]

1329. 5. Decembris. Bononiae. Bertrandus Ostiensis et Velletrensis episcopus apostolicae sedis legatus communicat Pagano patriarchae litteras Johannis XXII. pontificis de prorogatione reservationis ecclesiarum cathedralium et collegiatarum provinciae Aquilejensis.
B. M. U. [671.]

1329. 6. Decembris. In synodo facta in festo beati Nicolai omnium concordia promissum fuit subsidium d. patriarchae mille ducentorum et triginta florenorum auri, quantum ascendit summa provisionis annuae d. legati, solvendum usque ad primam dominicam futurae quadragesimae.

Item electi fuerunt ad novam extimationem faciendam reddituum cleri inferioris pro capitulo Aquilegiensi d. Raynaldus de la Turre; pro capitulo Civitatensi d. Guido decanus Civitatensis; pro religiosis d. vicarius abbas Rosacensis; et pro plebanis et alio clero d. Meliorantia canonicus Utinensis.

Item fuit data potestas infrascriptis, ut possint esse cum d. patriarcha et deliberare nomine totius cleri, si quid addendum est constitutionibus synodalibus, et alia faciendi et ordinandi, ac si totus clerus adesset, pro reformatione et bono statu ecclesiarum, cleri et populi.
B. M. U. [672.]

1329. 27. Decembris. Mandatum factum nobilibus de Castello, qui asserunt jus habere a centum annis hospitandi cum eorum servitoribus in villa s. Pellegrini causa custodiendi festum et mercatum in dicta villa, quatenus non faciant nec permittant fieri ullum gravamen massariis capituli Aquilejensis in Morsano.

Bellonus. — B. M. U. [673.]

1330. 5. Januarii. Aquilejae. Pro instructione in facto cujusdam appellationis interpositae ab episcopo Tergestino, Paganus patriarcha nonnulla Johanni vigesimo secundo pontifici notificanda esse duxit, quae ad consuetudines ecclesiae Aquilejensis referuntur, et idcirco eidem infrascripta submisit.

Habet ecclesiae Aquilejensis et patriae consuetudo in temporalibus causis, ut a sententia lata coram patriarcha ad colloquium appelletur, ita quod aliter appellatio non recipitur interjecta.

Habet etiam ecclesiae Aquilejensis et patriae consuetudo, ut in temporalibus a colloquio ad imperium appelletur, a quo ecclesia temporalia obtinet, quod praesertim locum haberet, si causa feudalis existeret.

Habet denique ecclesiae Aquilejensis et patriae consuetudo, ut in temporalibus causis a sententia absque intervallo aliquo appelletur, adeo quod aliter interjecta appellatio non recipitur.

Praemissae consuetudines inveteratae sunt et in legem apud incolas deductae, ita quod nec inverti aut mutari possunt.

A. C. U. [674.]

1330. 6. Januarii. Investitura Nicolai et Leupoldi filiorum q^m. Poldi de Tricesimo de habitantia castri Tricesimi cum mansis et omnibus aliis juribus pertinentibus ad eandem. Bellonus. — B. M. U. [675.]

1330. 15. Januarii. Aquilejae. Investitura Conradi q^m. Alberti de Varmignano de habitantia in Montefalcono cum omnibus bonis, mansis et juribus ad eam spectantibus. B. M. U. [676.]

1330. 3. Februarii. Utini. Antonius et Matthiussius fratres et Vvirussa et Mussa sorores de Utino renuntiant haereditati q^m Simonis eorum patris super ejus sepulturam pro eo, quod multa debita habebat.

A. C. U. [677.)

1330. 13. Februarii. Facta extimatione redditum cleri inferioris Aquilejensis dioecesis per venerabiles viros dominos fratrem

Johannem abbatem Rosacensem vicarium d. patriarchae, Guidonem de Manzano decanum Civitatensem, Raynaldum de la Turre thesaurarium Aquilejensem, et Melinrantia de Tycnis canonicum Utinensem et plebanum Variani, aestimatores ad haec per ipsum d. patriarcham et ejus synodum deputatos, summa inventa est de tribus millibus septingentis et duodecim marchis. Unde dando unicuique soldos decem et pizzolum unum pro qualibet marcha, haberetur summa procurationis d. legati, remanente d. patriarcha in statu suo. B. M. U. [678.]

1330. 13. Februarii. In Civitate Austriae. Philipponus praepositus, canonici et capitulum Civitatis Austriae audientes, quod nobiles viri domini Matthiussius, Asquinus, Bernardus et Vicardus de Colloreto quandam capellam juxta eorum assensum illis datum ad honorem domini nostri Jesu Christi et virginis et gloriosae matris ejus, nec non ad honorem sanctorum apostolorum Andreae et Matthiae extra fossatum castri de Colloreto in eorum parrochia de Lauxana aedificaverant, ipsamque ex sufficientibus bonis dotaverant, voluerunt et contenti fuerunt:

I. Quod dicti nobiles et eorum haeredes de cetero ad dictam capellam praesentare possint personam idoneam ipsi capellae praeficiendam, quae per dictum capitulum institueretur.

II. Sacerdos hujusmodi de licentia vicarii de Lauxana omnia sacramenta ecclesiastica libere dare et administrare possit et valeat dictis nobilibus, eorum dominabus ac omnibus et singulis eorum servitoribus et habitatoribus universis tam masculis quam feminis, infra fossatum dicti castri et ejus suburbii commorantibus.

III. Sacerdos ibidem modo praemisso institutus una cum omnibus bonis dictae dotis sit et esse debeat immunis a praestatione et solutione qualibet collectarum.

IV. Vicarius de Lauzana in omnibus honoribus et utilitatibus ac juribus parrochialis ecclesiae sit aliis sacerdotibus praeferendus.

A. C. U. [679.]

1330. 14. Februarii. Paganus patriarcha investit Concin de Civitate fornacem de Rubignacco jure ministerii magistrorum lignaminum patriarchalis curiae de Civitate. Bellonus. — B. M. U. [680.]

1330. 13. Martii. Utini. Coram d. Pagano patriarcha in judicio sedente Lupoldus abbas monasterii de Obrumburg, ostendens quoddam privilegium, quo Pelegrinus patriarcha dederat ipsi monasterio decem massaricias in Budriach et quod continebat sententias anathematis Ananiae

et Saphirae, petiit illud executioni mandandnm, et jnxta constitntionem provincialem procedi debere contra dominos Nicolaum, Rapoltum et Odoricum de Budrio, tanqnam occnpatores bonorum ecclesiasticorum, propter violentiam per ipsos factam super bonis dicti monasterii sitis in villa de Budrio, super quibus habere volebant advocatiam. Igitnr juxta sententiam astantinm, non comparentibus illis de Budrio, datns fuit ipsi d. abbati nuncius ad accipiendnm de bonis praedictorum de Bndrio ad altressum cum damnis et expensis, et praeceptum fuit illis de Budrio, quod de cetero bona dicti monasterii gravare non debeant, nec habere super illis aliquam advocatiam.

Ex membrana d. de Zucco. [681.]

1330. 1. Maii. Pacta dominorum de Attems cum vicinis pro exigendis multis; et electio exactoris multarum et bandorum, nt expendantur ad ntilitatem commnnis. Bellonus. — B. M. U. [682.]

1330. 4. Maii. D^{a}. Galliana filia et haeres q^{m}. d. Francisci olim Purcilti de Attems vendidit Nicolussio q^{m}. d. Henrici de Attems totam partem ad eam spectantem in bonis dicti Francisci patris sni, tam in Castro novo, quam in veteri, renuntians quod erat feudum in manibus d. patriarchae. Qui, recepta resignatione, cum quodam capucio ipsum Nicolussium investivit, recepto ab eodem fidelitatis sacramento.

Bellonns. — B. M. U. [683.]

1330. 7. Maii. In Civitate Austriae. Cum inter nobiles viros dominos Hectorem de Savurgnano ex parte una, et Johannem Franciscum de Castello ex altera quaedam in Civitate Anstriae hesterna die rixa, diabolo instigante, facta fuerit, ex qua non modica damna eis et amicis eorum, ac toti terrae Forijulii parabantur, d. Paganus patriarcha, volens damnis et pericnlis praecavere, vocatis ad se praedictis nobilibus, praecepit eis sub poena gratiae suae, quatenus treguam inter se faciant, intendens super quaestionibns inter se vertentibus habere tractatum, et omnem materiam ipsarum quaestionum radicitns ampntare. Qui nobiles, habita deliberatione cum eorum amicis et servitoribus, juraverunt in manibus d. patriarchae habere et observare treguas inter eos hinc ad festum s. Michaelis proxime venturnm sub poena quingentarum marcharum denariorum. B. M. U. [684.]

1330. 10. Maii. In Civitate Austriae. Conventio d. Pagani patriarchae cum Thomasio de Anellis de Parma et ejus sociis pro cudenda moneta, quam idem d. patriarcha vult facere de novo in Aquileja, scilicet Frixachensium de unciis qninqne et quarteriis tribus et dimidio

boni et puri argenti pro qualibet marcha; et de qualibet marcha denariorum, quam fecerit d. patriarcha, habere debeat solidos quatuor parvorum. B. M. U. [685.]

1330. 16. Maii. In Civitate Austriae. Cum per diligentem inquisitionem inventum esset, quod plebanus sive ecclesia s. Pancratii de Vindisgratz de antiqua consuetudine habet jus cognoscendi in omnibus causis hominum et bonorum ejusdem plebis tam in civilibus quam in criminalibus, praeterquam de damnandis ad mortem, ita quod nullus in ipsis hominibus et bonis nisi eadem ecclesia, sive plebanus facere quidquam habet; et insuper inventum esset, quod eadem ecclesia habet proprias venationes et piscationes, prout testificati sunt plures clerici et laici fide digni: Paganus patriarcha cupiens, quod jura ecclesiarum sibi commissarum illaesa serventur, et quod augeantur potius, quam in aliquo minuantur, jurisdictiones hujusmodi, piscationes et venationes praedictas eidem ecclesiae perpetue confirmat, et mandat Pellegrino dictae ecclesiae plebano, quatenus ipse et successores ejus, qui pro tempore fuerint, de eisdem juribus et jurisdictionibus uti libere debeant: interdicens idem d. patriarcha omnibus et singulis, cujuscumque status ac conditionis existant, sub intimatione divini judicii, ne in ipsis juribus et jurisdictionibus ipsum plebanum aut ejus successores inquietare ac molestare praesumant.

B. M. U. [686.]

1330. 1. Junii. Utini. Cum d. Paganus patriarcha teneatur camerae d. papae, et dominorum sanctae Romanae ecclesiae cardinalium, occasione provisionis suae et praedecessoris sui bonae memoriae d. Castoni olim patriarchae Aquilejensis in magna pecuniae summa, quam solvere nequit ipsi camerae, nisi eam mutuo acquirat, et ad solvendum per poenas gravissimas compellatur; cupiens juxta posse saltem in parte satisfacere ipsi camerae, habensque a sede apostolica licentiam et auctoritatem contrahendi mutuum occasione praedicta usque ad summam quinque millium florenorum auri, fecit et constituit suos et ecclesiae suae procuratores d. fratrem Johannem abbatem monasterii de Rosacco et d. Berofinum de Giroldis canonicum Aquilejensem, capellanos suos, ad acquirendum hujusmodi mutuum et recipiendum a quibuscumque personis, communi, collegio et universitate mutuare volentibus.

B. M. U. [687.]

1330. 10. Junii. In castro s. Viti. Paganus patriarcha investit Simeonem q^m. ser Otti de Fratta de Sacilo de omnibus feudis et juri-

bus feudalibus, quae dictus pater ejus habebat ab ecclesia Aquilejensi in contrata de Ronchis et districtu Frattae. B. M. U. [688.]

1330. 19. Junii. In castro s. Viti. Pagannus patriarcha ad instar bonae memoriae praedecessoris sui cum uno baculo, quem tenebat in manibus, investit Delardum q^m. Bignucii de Sacilo de feudo habitantiae, quam dictus pater ejus habebat ab ecclesia Aquilejensi in Sacilo, et pertinentiis, et alibi ubicumque. B. M. U. [689.]

1330. 24. Junii. In castro s. Viti. D. Gerardus de Camino comes Cenetensis, pro se et d. Rizardo ejus fratre recognoscens devote suum et ejus fratris errorem factum in fovendo hostes d. patriarchae et ecclesiae Aquilejensis in terra de Meduna, quam abstulerunt et tenuerunt rebelliter, reduci supplicavit se et eundem fratrem suum ad gratiam ipsius d. patriarchae, promittens terram ipsam Medunae tradere liberaliter. Qui d. patriarcha praeteritorum oblitus omnem illis injuriam, quam sibi et dictae ecclesiae intulerunt, remisit; et intercedentibus astantibus, pro bono pacis et concordiae pactus est cum eisdem fratribus prout sequitur.

I. D. Paganus patriarcha procurabit fideliter, quod Carlevarius de la Turre, nepos ejus, infra annum jungat matrimonio filiam suam Leonardinam d. Tolberto dicti Rizardi filio; et ipse d. Gerardus procurabit, quod dictus Tolbertus nepos suus praefatam Leonardinam in suam recipiat sponsam, et d. Rizardus pater ipsius Tolberti sponsalibus consentiat supradictis.

II. Idem d. patriarcha dabit praedictis fratribus gastaldiam Medunae a festo s. Georgii proxime venturo ad unum annum pro ficto decenti juxta consuetudinem gastaldiae.

III. D. Morandus gastaldio Medunae tradet terram praedictam dictis fratribus tanquam gastaldionibus ipsius, cum dies s. Georgii advenerit.

IV. D. Gerardus pro se et fratre juravit, quod tempore, quo dictam terram tenebunt, subjectos ipsius gastaldiae et habitatores ipsius terrae non gravabunt, sed in suis juribus manutenebunt ac defendent, et dimittent ipsi d. patriarchae terram ipsam Medunae in eo vel meliori statu, sicut eam recipient.

V. Promittit idem d. Gerardus, quod de omnibus quaestionibus et discordiis, quas habent cum d. Biachino de Camino eorum patruo, stabunt arbitrio, judicio et concordio ipsius d. patriarchae: quodque non sustinebunt de cetero ab uno mense proximo in antea bannitos ipsius d. patriarchae de la Meduna in terris suis, nec sub potentia sua, nec

eis praestabunt auxilium, consilium et favorem. Et carceratos in terra de la Meduna a carceribus relaxabunt, et propriae restituent libertati. De gratia tamen idem d. patriarcha voluit et concessit, quod Nicolaus de Panicaleis, Florimondus de la Meduna, et Varnerius de Laurenzaga, banniti dictae terrae de la Meduna, et rebelles ipsius d. patriarchae, gaudeant bonis suis, quae habent in Meduna et districtu, usque ad annum proximum, ipsis tamen non manentibus in terris dictorum nobilium de Camino. B. M. U. [690.]

1330. 1. Julii. In Portugruario. Cum longo tempore inter d. Articum Concordiensem episcopum ex una parte et Articum Squarram de Portugruario sive ejus praedecessores ex altera extitisset quaestio de custodia festi de Tileo, idem d. episcopus absque praejudicio suae ecclesiae in posterum ac etiam dicti Artici et domus ejus, de speciali gratia concessit tempore vitae suae, ut idem Articus Squarra et ejus consortes, ad quos spectat dicta concessio, dictum festum debeant custodire, et facere omnia, quae pertinent ad ipsum.

Ex archivo Concordiensi. [691.]

1330. 3. Julii. In castro s. Viti. D. Giubertus abbas monasterii de Mocio pro se et eodem monasterio ex una parte, et d. Nicolaus de Castello pro se et d. Johanne Francisco ejus fratre ex altera, intendentes invicem concordare super damnis, tolletis et injuriis datis per dictum Johannem Franciscum et suos complices ipsis d. abbati et monasterio de Mocio, elegit ipse d. abbas ex parte sua Francinum de Villanova de Laude notarium, et dictus d. Nicolaus d. Bernardum de Strassoldo, et pro utraque parte d. fratrem Johannem abbatem Rosacensem, in quos compromiserunt, ut videant et aestiment res et bona ablata ipsi d. abbati et suis; et de ipsis pronuncient et praecipiant restitutionem fiendam per eosdem dominos de Castello, et super damnis et injuria, quae passus est idem abbas et sui, et etiam super emendatione, quam justam et honestam putarent. B. M. U. [692.]

1330. 6. Julii. Utini. In generali colloquio provisum et firmatum fuit, quod pax, unio et liga facta inter d. patriarcham et servitores ecclesiae Aquilejensis ex una parte, et d. Grifonem de Reutemberch, capitaneum comitatus Goritiae, et servitores dicti comitatus ex altera, procedat et firmetur per totum colloquium. Super quo factus fuit d. Eusebius procurator et sindicus ad praedicta.

Bellonus. — B. M. U. [693.]

1330. 6. Julii. Utini. Paganus patriarcha per fimbriam suae tunicae investit d. Thomasium de S. Daniele de bonis feudalibus, quae ejus domna habuerat ab ecclesia Aquilejensi, et maxime de castro S. Danielis cum burgis, donicalibus, molendinis, mansis, braidis et omnibus juribus ad dictum castrum pertinentibus.

A. C. U. [694.]

1330. 7. Julii. Utini. Cum dominus Paganus patriarcha habere deberet in proximis Kalendis mensis Octobris a d. Francisco Dandulo Venetiarum duce ejusque communi marchas ducentas et viginti quinque denariorum pro juribus et jurisdictionibus Istriae, et dictus d. dux et commune praefatum ex urgenti necessitate ipsius d. patriarchae, videlicet pro sanandis debitis aut parte eorum, in quibus ipse dominus patriarcha obligatus est camerae d. papae et cardinalium, velint de dicta pecunia solvenda ad praesens eidem d. patriarchae gratiose et amicabiliter complacere: ipse d. patriarcha constituit et ordinavit d. Berofinum de Giroldis et d. Petrum Barogiam suos procuratores et nuntios speciales ad recipiendum ab ipso d. duce et communi praefato pecuniam antedictam. B. M. U. [695.]

1330. 13. Julii. Utini. Paganus patriarcha jure recti et legalis feudi investit d. Bene de Sacilo de quibusdam bonis sitis in Vigonovo et Orzaglis per eum emptis a d. Nicolao q^m. Dyetrici de Sacilo.

B. M. U. [696.]

1330. 15. Julii. Dominicus patriarcha Gradensis et alii episcopi ad synodum Gradi convocati elargiuntur indulgentias erogantibus elemosinam ad constructionem ecclesiae s. Johannis Evangelistae prope Valvasonum in dioecesi Concordiensi. — Ecclesiae Venetae T. 2. [697.]

1330. 2. Augusti. Utini. Paganus patriarcha propter necessitates arduas incumbentes sibi, et pro deminuendis debitis, quibus multipliciter aggravatur, vendit et concedit d. Berofino de Giroldis, Bertholino de Utino et Hermano q^m. d. Matthiae de Carnea gratiam vini, quod de partibus Istriae conducitur ad partes Forijulii vigore litterarum d. ducis et communis Venetiarum, et mutam Aquilejae cum omni utilitate, commodo et juribus ad eam spectantibus usque ad tres annos proxime venturos pretio et foro marcharum mille centum et septuaginta denariorum.

B. M. U. [698.]

1330. 6. Augusti. In Civitate Austriae. Cum Martinus q^m. Scapini de Spegnimbergo juxta sententiam d. patriarchae et cum ejus nuncio vellet procedere contra d. Paleam de Varmo, qui violenter acce-

perat eidem quemdam mansum situm in villa de Mussons in pertinentiis Modrisii; ipse d. Palea potenter et manu armata invasit eos ita, quod re infecta vix potuerunt fugere. Quapropter d. patriarcha postquam frustra dictum d. Paleam in judicium vocasset, dedit eidem Martino nuncium suum, ut primo poneret eum in tenutam dicti mansi, et deinde acciperet de bonis dicti d. Paleae ad tressum acceptis per eum supradictum mansum eum banno curiae et damnis et expensis.

A. C. U. [699.]

1330. 12. Augusti. Utini. Quia d. Petrus archiepiscopus Nazarenus plebanus plebis s. Michaelis de Juna, Paulus plebanus plebis s. Stephani prope Cillam, Hermanus plebanus plebis in Nuchlendorf, Peregrinus et Ulricus de s. Paterniano, Georgius plebanus in Caimrich, Albertus plebanus in Lint, Leibardus plebanus in Richimperge et Peregrinus plebanus in inferiori Globouitz Aquilejensis diocesis, semel, secundo, tertio et peremptorie moniti, collectas sive partes collectarum impositas plebibus sive ecclesiis suis de annuis procurationibus d. Bertrandi apostolicae sedis legati solvere non curantes, interdicti, suspensionis et excommunicationis sententias in hujusmodi non solventes et eorum ecclesias generaliter promulgatas per ipsum d. legatum incurrerunt: et sic ligati, et in hujusmodi ecclesiis interdictis sententias vilipendentes easdem, non erubuerunt se immiscere divinis in sua malitia et contumacia gloriantes; idcirco Johannes abbas Rosacensis et d. patriarchae Aquilejensis vicarius, ipsius d. legati in hac parte et praefati d. patriarchae auctoritate suffultus, sedens pro tribunali ispos et ipsorum quemlibet excommunicatos et irregulares sententialiter declaravit, et eorum ecclesias interdictas. Et insuper, quia hujusmodi sententias sustinuerunt et sustinent animo indurato, ipsos ecclesiis sive plebibus jam dictis privavit et ab eis perpetuo ammovit.

B. M. U. [700.]

1330. . . . Arbordus de Plovia et Moquardus de Lestans notificant Pagano patriarchae bona, quae habebant in feudum ab ecclesia Aquilejensi hac conditione et forma, quod omni hora, qua d. patriarcha iret ad curiam, ipsi cum aliis eorum sociis tenebantur ire cum ipso cum uno roncino de tribus marchis, et ad serviendum ei ad sedile, quando ad otium suum ire vellet. Et hoc facere tenebantur, si eos appellare facit, ad suas expensas et victu et vestitu. Et si dictus roncinus obiret, d. patriarcha tenetur emere eisdem unum meliorem.

A. C. U. [701.]

1330. 16. Augusti. Apud villam Predemoni, super ripa torrentis, sub arbore nucis. Cum lites, quaestiones et discordiae diu verterentur et versae forent inter d. Beatricem illustrem comitissam Goritiae et Tirolis, et d. Griffonem de Reutembergh dicti comitatus capitaneum, subditos, fideles et servitores dicti comitatus ex una parte, ac nobiles viros dominos Sergium, Nassinguerram et Fulcherium de castro Polae, commune dictae civitatis Polae; maricos, commune et homines Adignani; gastaldionem, maricum et commune castri de Valle; capitaneum, maricum et commune duorum castrorum; ac potestatem, consilium et commune Altenae ex altera super guerris, homicidiis, damnis, rapinis, incendiis et spoliis factis hinc inde per partes praedictas et servitores earum: volentes dictae partes ad pacem et concordiam pervenire, et super litibus et quaestionibus hujusmodi finem imponi, sponte et libere compromiserunt in d. Paganum patriarcham Aquilejensem ibidem praesentem, et compromissum hujusmodi acceptantem, tanquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem de omnibus litibus et quaestionibus antedictis, damnis, injuriis, incendiis, offensionibus, homicidiis et rapinis hinc inde illatis et quocumque modo factis usque ad praesentem diem super facto spoliationis et destructionis murorum, domorum, turris et aliorum bonorum omnium existentium in terra Barbanae et locis s. Vincentii, Plagnae et Tabanelli, remanentibus omnibus aliis et singulis in suo statu secundum quod ordinatum fuit per dominos Griffonem capitaneum, fratrem Johannem abbatem Rosacensem, Gulielmum decanum Aquilejensem et Hermacoram marchionem Istriae tempore quo fuerant in partibus Istriae.

Quo quidem compromisso facto a partibus supradictis et recepto ab ipso d. patriarcha, ipse d. patriarcha, cognita voluntate utriusque partis, quam exquisivit segregatim ab utraque ipsarum, et volens illas ad plenam concordiam revocare, eu ea quae eisdem praescripsit et quae illae observare promiserunt:

I. Pax bona et concordia duret deinceps perpetuo inter partes.

II. Domini de Pola et aliorum locorum solvant d. comiti pro refectione damnorum datorum per eos in terra Barbanae intra ambitum murorum turris, et in ipsis muris dictae terrae marchas quingentas soldorum, de quibus ipse d. patriarcha taxationem faciet inter eos.

III. Omnia damna data per gentem d. comitis et comitatus praedicti in terris s. Vincentii, Plagnae et Tabanelli penitus sint extincta et totaliter remissa.

IV. Soluta supradicta pecunia dicto d. comiti, nulla penitus remaneat inter ipsas partes occasione praedictorum damnorum actio hinc aut inde, et ex nunc ipsae partes faciant sibi invicem remissionem de damnis et injuriis supradictis. B. M. U. [702.]

1330. 21. Augusti. Utini. Paganus patriarcha emerat a d. Conrado de Remphimbergh medietatem decimae de Mugla, quae olim fuit d. Volrici de Mimigliano; hinc sindici et procuratores communis et hominum terrae de Mugla coram d. patriarcha constituti promittunt solvere sibi hoc anno et deinceps in perpetuum dictam decimam secundum quod solebat solvi antiquitus. B. M. U. [703.]

1330. 23. Augusti. In Civitate Austriae. Cum hospitale s. Spiritus prope Glemonam sit membrum hospitalis s. Spiritus in Sassia de urbe, ubi esurientes pascuntur, sitientes potantur, nudi vestiuntur, infirmi visitantur, et alia exercentur opera caritatis; apud quod hospitale de Glemona dudum quasi consumptum propter guerras moraretur quidam prior missus per praesidentes jam dicto hospitali de urbe, qui et domos reficit et ecclesiam, et alia pietatis opera supradicta exercet, quae erant ibidem extincta et quae absque fidelium subsidio consumare non potest: Paganus patriarcha universis et singulis ecclesiarum rectoribus et ministris mandat in virtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis poena, quatenus priorem ipsum et fratres seu nuntios, cum ad eorum ecclesias venerint, benigne recipiant et tractent, parrochianos suos ad beneficiendum eisdem quantum poterunt inducentes.

B. M. U. [704.]

1330. 2. Septembris. Glemonae. In causa quae vertebatur inter d. Guibertum abbatem monasterii de Mocio ex una parte, et dominos Nicolaum et Johannem Franciscum de Castello ex altera, d. Johannes abbas Rosacensis et Francinus notarius arbitri electi, d. Bernardo de Strassoldo nolente cum eisdem concordare et tollente se de medio, dixerunt, pronunciaverunt et arbitrati sunt pro bono pacis et concordiae inter dictas partes, quod dictus d. Johannes Franciscus pro refectione damnorum et restitutione rerum ablatarum dare debeat et solvere dicto d. abbati centum marchas Aquilejensis monetae, et ipse abbas de Mocio pacem secum habeat, et omnem injuriam ei remittat.

B. M. U. [705.]

1330. 8. Septembris. In Rivo de Tolezo. Hendricus q^{m}. Passarini de Trussigna pro homicidio, furto, incendio et pluribus aliis maleficiis captus per familiares d. abbatis de Mocio atque adductus in

judicium, per Thomasinum gastaldionem coram juratis dicti monasterii fuit sententialiter ad mortem condemnatus. Unde hominum de Mocio et villarum circumstantium congregata multitudine copiosa, dictus Hendricus ductus fuit extra territorium Mosacense usque ad locum qui dicitur Rivus de Tolezo, ibique gastaldio Mosacensis monasterii tradidit eum vicario gastaldionis Carneae suspendendum per gulam adeo quod moreretur. A. D. U. [706.]

1330. 13. Septembris. Investitura medietatis pro indiviso cujusdam fendi quadringentarum librarum denariorum parvulorum super muta Clusae facta Maladino filio q^{m}. Bayamontis Theupoli Veneti, de quo ipse et progenitores sui auctoritate apostolica retroactis temporibus investiti fuerunt, et juravit fidelitatem.

Bellonus. — B. M. U. [707.]

1330. 11. Octobris. Investitura d. Guecellonis q^{m}. d. Hemberardi de la Turre de habitantiis, quas Nicolaus et q^{m}. Jacobus fratres de Panigalcis habebant ab ecclesia Aquilejensi in terra Medunae, nec non de certis bonis feudalibus et propriis cum omnibus eorum juribus, quae propter eorum rebellionem dictae ecclesiae exciderant.

Bellonus. — B. M. U. [708.]

1330. 14. Octobris. Utini. Cum olim d. Petrus habitator castri Utini, dum viveret, de licentia d. Ottoboni patriarchae dotasset de bonis propriis in ecclesia s. Mariae ejusdem castri Utini altare per ipsum erectum ibidem in honorem b. Petri apostoli; et in ecclesia s. Laurentii ejusdem castri similiter dotasset altare ejusdem s. Laurentii, et voluisset, ut ad ipsa altaria praesentarentur singuli presbiteri, qui missas celebrarent pro vivis et defunctis, d. patriarchae qui pro tempore fuerit: domini Hector et Federicus de Savorgnano praesentaverunt d. Pagano patriarchae ad altare s. Petri presbiterum Peregrinum q^{m}. Hendrici carpentarii; et domini Folcherius et Bellus pariter de Savorgnano praesentaverunt ad altare s. Laurentii presbiterum Boniscium de Grazzano. Dictus vero d. patriarcha ipsos presbiteros in beneficiatos perpetuos dictorum altarium instituit: ita tamen quod quilibet ipsorum observet omnia et singula, quae per dictum q^{m}. d. Petrum fuerunt ordinata.

B. M. U. [709.]

1330. 26. Octobris. Investitura d. Aymerici q^{m}. d. Rugerii Petoye de la Turre de habitantia cum omnibus juribus suis, quam olim habebat Nicolaus q^{m}. Morotti de la Meduna in terra Medunae, nec non

de certis suis bonis feudalibus et propriis alienatis de licentia ipsius d. patriarchae et propter rebellionem ejusdem.

Bellonus. — B. M. U. [710.]

1330. 29. Octobris. Utini. Pro nonaginta marchis denariorum mutuatis sibi a dominis Johanne abbate Rosacensi, Gulielmo decano et Berofino de Giroldis canonico Aquilejensi, nec non a d. Federico de Savorgnano et Franzolo de la Scala de Mediolano sibique necessariis pro mittendo ad Romanam curiam, ubi Paganus patriarcha tenetur obligatus camerae d. papae et cardinalium causa ejus communis servitii non soluti: quam quidem pecuniam promittit eis reddere et restituere integraliter cum damnis et expensis usque ad ventorum festum s. Michaelis; ipse patriarcha obligat eisdem omnia soa bona et omnes redditus et proventus. B. M. U. [711.]

1330. 6. Novembris. Aquilejae. Paganus patriarcha investit d. Griffonem de Rentembergh capitaneum Goritiae de quibusdam bonis in marchia Sclavonica, quae d. dux Karinthiae olim habuerat ab ecclesia Aquilejensi et obligaverat eidem d. Griffoni et fratribus ac nepotibus ejus. B. M. U. [712.]

1330. 7. Novembris. Aquilejae. Vacante monasterio s. Petri de Insula Parentinae dioecesis, subjecto immediate d. patriarchae Aquilejensi, per obitum q^m. fratris Mingossii ejusdem monasterii abbatis; d. Paganus patriarcha, ad quem ejusdem monasterii provisio pertinet pleno jure, providum virum fratrem Bernardum de Novate, monachum monasterii Rosacensis, in abbatem eidem monasterio s. Petri de Insula praefecit pariter et instituit; ipsumque per annulum suum de abbatia et regimine ipsius monasterii praesentialiter investivit. Qui frater Bernardus, habita licentia d. abbatis Rosacensis, flexis genibus coram praedicto d. patriarcha provisioni jam dictae humiliter et devote consensit. B. M. U. [713.]

1330. 30. Novembris. Paganus patriarcha constituit d. Oldradum de Ponte de Laude et d. Ludovicum de la Turre canonicum Aquilejensem suos procuratores ad solvendum camerae d. papae et cardinalium occasione communis servitii et provisionis suae et ejus praedecessoris tria millia florenorum auri: nec non ad jurandum de solvendo annuatim, usque ad completam solutionem debiti, mille florenos auri, et ad petendum humiliter dispensationem cujuscumque excommunicationis aut irregularitatis, quas incurrisset aut contraxisset dicta de causa. B. M. U. [714.]

1330. 6. Decembris. Utini. D. Paganus patriarcha investit Hendriottem de Hendriottis de duobus sediminibus sitis in castro Utini simul contiguis cum parte montis dicti castri ad praedicta sedimina spectante. B. M. U. [715.]

1330. 9. Decembris. Utini. D. Paganus patriarcha investit Stephanum Delobaden de sancto Vito de feudo ministeriali, pro quo servit coquinae d. patriarchae. B. M. U. [716.]

1330. 9. Decembris. Utini. D. Paganus patriarcha investit Hendricum et Bertulum fratres de s. Daniele de habitantia in castro s. Danielis cum curia et hortali sibi contiguis, ita tamen quod, quandocumque idem d. patriarcha et successores sui, seu familia sua ad castrum s. Danielis accederet, dicta domus sibi aperiatur, et donec ibi permanserit, concedatur. B. M. U. [717.]

1330. 10. Decembris. Utini. D. Paganus patriarcha d. Pergoniam militem de Spignimbergo, recipientem pro se et Bartholomeo fratre suo, de omnibus feudis et juribus feudalibus, quae habent ab Aquilejensi ecclesia, et de quibus ipsi et progenitores sui fuerunt hactenus investiti, spectantibus ad domum de Zucola et domum de Spignimbergo, per capucium, quod tenebat in manibus, liberaliter investivit. Qui d. Pergonia juravit ad s. Dei evangelia, quod semper erit fidelis et obediens dicto d. patriarchae et ecclesiae Aquilejensi et successoribus suis canonice intrantibus. Non erit in dicto aut facto, ubi vitam perdant aut membrum, seu capiantur mala captione. Res, jura et honores ecclesiae Aquilejensis et patriarcharum ejusdem fideliter juxta posse suum conservabit et manutenebit. Et si quid senserit tractari aut machinari, quod in periculum seu damnum d. patriarchae, jurium et honorum ecclesiae Aquilejensis posset quoquo modo converti, illud obviabit toto posse, et quo citius poterit, d. patriarchae notificare curabit. Quidquid sibi sub fide et credentia impositum fuerit ab eodem, secretum fideliter retinebit, et generaliter puram et meram fidelitatem sibi et successoribus suis reddet, quam fidelis vassallus et ministerialis domino suo reddere tenetur et debet in omnibus et singulis, quae in hujusmodi fidelitatis debito continentur. B. M. U. [718.]

1330. 10. Decembris. Inter ceteras provisiones et ordinationes factas in generali colloquio celebrato in Campoformio apud ecclesiam s. Canciani pro conservatione honoris et status ecclesiae Aquilejensis et totius terrae Forijulii, d. Paganus patriarcha una cum consiliariis per dictum colloquium electis firmaverunt inter se per fidem, qua tenentur

ecclesiae Aquilejensi, quod nullam confoederationem, ligam vel unionem facient cum aliquibus personis, nec pacta aliqua seu tractatus inibunt, quae contraria sint honori et statui ecclesiae Aquilejensis et terrae Forijulii, et per quae status terrae Forijulii valeat violari quomodolibet et corrumpi: statuentes et ordinantes communiter et concorditer, quod examinetur, si quis ipsorum aut aliquis alius subditus et servitor ecclesiae Aquilejensis praesumpserit modo aliquo facere confoederationem, ligam seu unionem, pacta vel tractatus aliquos contra praemissa taliter statuta et ordinata, et ipso jure privatus sit feudo et proprio, quod habet ab ecclesia Aquilejensi et in partibus dictae ecclesiae subjectis, et de terra Forijulii et locis dictae ecclesiae sit perpetuo bannitus: promittentes communiter eidem d. patriarchae, quod astabunt eidem contra tales delinquentes, et mandantes, quod hujusmodi statutum redigatur in scriptis et totius colloquii vigorem obtineat.
A. C. U. [719.]

1330. 16. Decembris. D. Paganus patriarcha investit ad rectum et legale feudum Novellam, Agnetem et Subettam sorores et filias q^m. Miculi Cori de Civitate de quibusdam bonis sitis in villa s. Viti in contrada quae dicitur Roja: hoc tamen addito, quod si contigerit ipsas puellas nubere velle, nubant servitoribus et subjectis ecclesiae Aquilejensis, qui statim post hujusmodi connubium de bonis praedictis feudalibus se per dictum d. patriarcham faciant investire, eique juramentum fidelitatis praestent. A. M. U. [720.]

1330. 18. Decembris. Utini. Cum quaestio et discordia diu viguisset et versa esset inter d. Fedreginum de la Turre capitaneum Glemonae ex una parte, et d. Articum militem et fratres suos de Prampergo ex altera, occasione quorundam verborum hinc inde habitorum, et super quibusdam etiam statum terrae et communitatis Glemonae contingentibus; d. Paganus patriarcha cupiens quaestionem et discordiam hujusmodi tollere, et partes ipsas ad pacem et quietem reducere, statuique pacifico terrae suae de Glemona libenter et utiliter providere, vocatis partibus, haec sunt quae observari debere ab eisdem mandavit.

I. Omne odium, omnis inimicitia, omnisque discordia et contentio habita inter eos usque ad praesentem diem, sit penitus abrasa et totaliter abolita, et omnis amor et dilectio atque caritas vigeat inter ispos.

II. D. Articus et fratres ire, stare et morari possint in Glemona juxta suae beneplacitum voluntatis, ita tamen quod nullam contrahant

vicinantiam in dicta terra, nec pro vicinis et de vicinantia terrae et communitatis Glemonae habeantur et reputentur, nullumque locum in consilio dictae terrae habeant, nec de numero consiliariorum existant, imo a tractatibus et consiliis dictae terrae totaliter sint exclusi.

III. Si contingat rumores aliquos seu brigas in dicta terra oriri, dicti de Prampergo non debeant per se aut familiares suos ad dictos rumores concurrere, nec de praedictis rumoribus seu brigis quomodolibet se immiscere, sed solum illi, qui ad hoc deputati sunt, juxta ordinationem factam in terra praedicta.

IV. Dicti de Prampergo nullas faciant per plateas et loca dictae terrae publice aut occulte cum hominibus et vicinis ejusdem terrae conventiculas et collocutiones, per quas suspicio oriatur et schisma inter homines praefatae terrae Glemonae, et per quas insurgant scandala, et brigae possint quomodolibet evenire. B. M. U. [721.]

1331. . . . Nicolaus nepos q^m. Mathiussii de Castello ecclesiam quandam aedificavit ad honorem s. Nicolai in loco, qui dicitur campus novus, prope Castellum, et pro sustentatione sacerdotis, qui assiduum ei famulatum impenderet, quaedam bona assignavit, quae d. patriarchae in scriptis dabit. Laudans ille pium propositum et dotem acceptans, concessit eidem quod, jure matricis ecclesiae in omnibus semper salvo, ecclesia praedicta s. Nicolai proprium de cetero et perpetuum habeat sacerdotem, per eum aut cui postea jus patronatus donaverit, in divinis obsequiis statuendum, et quoties tempus ingruerit, patriarchae qui pro tempore fuerit antea praesentandum. A. C. U. [722.]

1331. 3. Januarii. Aquilejae. Cum commune et homines de Villaco, subjecti in temporalibus episcopo Bambergensi, graves, infestos et damnosos se exhibuissent ecclesiae Aquilejensi et terrae totius Forijulii, nolentes quod currus venientes cum mercandiis de partibus Alemanniae versus Forumjulium, aut currus Forijulii ducentes mercandias hujusmodi versus Alemanniam transeant ultra Villacum, sed ibidem compellentes discaregare mercandias jam dictas, coëgissent mercatores et ducentes eas ponere super currus ipsorum Villacensium, et huc et illuc ducere in ipsorum mercatorum et vecturalium damnum non modicum et jacturam: Paganus patriarcha de assensu sui consilii mandat, quod nullus currus eorum Villacensium oneratus aut non oneratus audeat per terram Forijulii ultra Venzonum aut ultra Glemonam transire, neque aliquis mercator supra ipsos currus suas duci facere mercandias; sed illas ibidem discaregari faciant, et cum curribus subditorum Aqui-

lejensis ecclesiae bullatis bulla patriarchali, quas bullari praecipit in Glemona, faciant ubicumque voluerint duci.

B. M. U. [723.]

1331. 18. Januarii. Determinationes parlamenti: Quod currus tam de Villaco quam aliunde transire possint, et mercantias conducere per Forumjulium, et ire quocumque placuerit mercatoribus aut conductoribus; et simili modo currus de Forojulio ad partes Villaci et ad alia loca possint conduci.

Item quod nulla fiat violentia, suasio, vel inductio mercatoribus vel conductoribus curruum per illos de Venzono, Glemona, Latisana et Aquileja de eundo potius per unam stratam quam per aliam, sed libere relinquatur arbitrio mercatorum et conductorum.

Item quod muta nova imposita apud hospitale Glemonae, et illa etiam exactio noviter facta in Venzono ex opposito mutae praefatae, cesset et non exigatur. Bellonus. — C. P. [724.]

1331. 14. Januarii. Utini. De transitu felicis recordationis benedicti et sancti fratris Odorici de Portunaonis in civitate Utini Aquilejensis patriarchatus.

Anno Domini millesimo trecenteismo trigesimo primo in crastina octavae Epiphaniae anima praedicti sancti benedicta circa horam nonam migravit ad Dominum ad gaudia paradisi possidenda. Et cum fratres absque solemnitate, et contra contratae consuetudinem, et quasi occulte corpus illud sacrum vellent reddere sepulturae, providentia faciente scitum fuit in terra seu civitate, et statim per majores civitatis prohibitum est, ne ea die sepeliretur. Sequenti die convocatis per proceres civitatis clero et fratribus praedicatoribus, dum officium pro ipso fieret, continuo coepit coruscare miraculis; ex qua miraculorum aperta visione rumor magnus insonuit in civitate Utinensi, et ex hoc omnes cives Utinenses utriusque sexus ad ipsum videndum et tangendum confluere coeperunt, et quilibet beatum se reputabat, si aliquid de vestibus et de eo, quod corpus ejus tetigisset, habere potuisset, barbam et capillos capitis evellentes. Et mirabile dictu: cum quaedam domina sibi ex devotione ejus aurem cum forfice occulte praecidere vellet, nunquam forfices claudere, quas aperuerat ad praecidendum, nec in aliquo corpus ejus laedere potuit, ut evidenter apparuit et ipsamet testata est. Visis autem multis miraculis cives ipsum usque ad duos dies non permiserunt sepeliri; sed tertia die sepultus est in ecclesia. Iterum die quarta ad preces multorum fuit exhumatus et omnibus publico ostensus; et quicum-

que ex devotione motus ipsum tetigit, a quacumque fuisset infirmitate detentus, sanitatem recuperabat.

Nota. Caecos plures illuminavit, contractos, clandos et diversis infirmitatibus pressos sanavit, et continue sanat; ita quod opera et mirabilia, quae per ipsum facit altissimus, sunt sole lucidiora, prout in praecedentibus annotata sunt. Quarta enim ipsa die praedicta d. Paganus Aquilejensis patriarcha ad ipsum sanctum visitandum pervenit, et cum magna devotione genuflectendo ipsum corpus tetigit et osculatus fuit. Et certe mirabile, quod tunc habebat ita membra ductilia et mollia, ut habebat dum viveret, et plus. Faciem autem et totum corpus habebat melioris et pulchrioris coloris quam dum viveret. Inspiratione autem divina faciente, sine alicujus praedicatione vel inductione, subito devotio facta fuit in clero et in populo totius contratae. Nam ad corpus illud benedictum visitandum omnes castellani cum consortibus et filiis suis totius Forijulii pro magna parte peditando venerunt: omnes nobiles et populares de cunctis civitatibus et villis cum crucibus et vexillis illuc accesserunt, et in tanta multitudine, quod aliqua die fuerunt ultra sexdecim cruces et vexilla diversarum villarum et terrarum. Et de toto Forojulio et tota Carnea processionaliter venerunt devotione ferventi moti homines se verberantes, Deum laudantes et sanctum suum. Abbatissa monasterii majoris Civitatis Austriae cum toto suo collegio processionaliter omnes peditando de Civitate usque Utinum pervenerunt. Similiter illae de Aquileja, et in tantum continuabat concursus populorum, quod tota die et nocte ecclesia fratrum minorum plena erat semper hominibus et mulieribus. Comitissa similiter Goritiae cum magno comitatu, solemnitate et devotione illuc accessit. Tota Sclavonia et etiam Theotonia incipiebant venire. In Villaco notabile miraculum fecit, quia quaedam nobilis domina, quae terribili detinebatur infirmitate in tantum, quod non poterat se movere de lecto, nisi cum fune appensa, et in doloribus tantum clamabat, quod totam vicinitatem perturbabat et infestabat, ad tactum partis unius tunicae, quae fuerat dicti sancti viri, quam lector Villaci portaverat, qui fuerat in transitu dicti fratris, statim surrexit sana. B. S. D. [725.]

1331. 18. Januarii. Utini. D. Rodulphus q^{m}. d. Nicolai militis de Faganea investitus est de omnibus bonis sitis in pertinentiis Faganeae, quia ille, qui ea habebat et tenebat a d. patriarcha et ecclesia Aquilejensi ad rectum et legale feudum, nuper decessit nullo haerede masculo ex se descendente relicto. A. M. U. [726.]

1331. 25. Januarii. Utini Paganus patriarcha hortatur fideles, u elemosiois liberaliter succurrant ecclesiae, quae noviter aedificabatur in terra Sarcedi diocesis Viceotinae sub vocabulo b. Mariae virginis de Valle viridi, et cuidam hospitali apud ipsam ecclesiam facto.

B. M. U. [727.]

1331. 19. Februarii. Utioi. Paganus patriarcha ejus vicedominum Zonfredionm de Oppreno coostituit suum procuratorem ad recipiendum a d. Francisco Daodulo duce Veoetiarum marchas ducentas et vigioti quinqoe, quas idem d. dux et commone Venetiarum juxta pacta inter eos inita tenentur solvere ipsi d. patriarchae pro juribos Istriae in Kalendis Martii proxime venturi. B. M. U. [728.]

1331. 26. Febroarii. Aquilejae. Joxta commissionem sibi factam per d. Johannem XXII. pootificem Paganus patriarcha deputat d. Azzonem de Corigia, praepositum ecclesiae s. Doonioi diocesis Parmeosis, coadjutorem io spiritualibus et temporalibus d. Thebaldo episcopo Veronensi, qui senio et imbecillitate adeo erat gravatus, quod per se oon poterat commode pastorale officium exercere; et mandat Berofioo de Giroldia capellano suo et canonico Aquilejensi, quatenus ad ecclesiam Veroneosem se persooaliter cooferens ipsum d. Azzonem ab eodem episcopo in coadjutorem recipi faciat et admitti, et a capitulo ipsius ecclesiae, oec noo a clero et populo civitatis et diocesis Veronensis eidem coadjutori in hiis, quae ad officium pertineot hujusmodi, intendi efficaciter et obediri. B. M. U. [729.]

1331. 26. Februarii. Aquilejae. Paganus patriarcha investit Jacobum de Privano de medio maoso sito io villa de Ivoniz de feudo mioisteriali portandi litteras d. patriarchae. B. M. U. [730.]

1331. 26. Februarii. Aquilejae. Paganus patriarcha, interveuieote conseosu pariter et assensu capituli sui ad hoc specialiter coovocati, in augmentum reddituum sui patriarchatus cessit quaedam soa bona sita in villis de Felletano et de Agra d. Thomasutto de Cucaoea, qui ei dedit in cambium et permutationem quaedam sua bona sita in villis de Stamatanizza, de Passich et de Adrignano. B. M. U. [731.]

1331. 5. Martii. Utini. Cum Booaguida procurator abbatis Tusci de Floreotia cum nuntio dominii pro certis debitis accepisset massariis q^{m}. d. Johannis de Castello de Pozzecco quinque armenta, et secum duceret, venerunt circa quadraginta homines dictae villae nec oon circa duodecim mulieres, et cum lapidibus violenter et armata manu dicta quinque armenta de manu dicti nuntii acceperunt. Quapropter rursus

per dominium missus fuit nuntius praedictus ad accipiendum ad tressum de bonis communis villae praedictae, et pro quolibet eorum, qui interfuerunt violentiae jam dictae, denarios quadraginta.
A. N. U. [732.]

1331. 15. Martii. Utini. Paganus patriarcha affidat et liberos reddit et securos a se et ab ecclesiae Aquilejensis subditis omnes et singulos mercatores et mercationum conductores de partibus Theutonicis seu Alemaniae venientes, undecumqne sint, et sub quocumque dominio constitutos; ita quod ipsi cum mercationibus suis usque ad terram Glemonae sine contradictione quacumque venire, morari et redire pro eorum libito voluntatis libere valeant et secure: mandans universis et singulis potestatibus, capitaneis, gastaldionibus et officialibus suis, quatenus contra praemissa nullatenus venire praesumant, nec eisdem mercatoribus aut conductoribus gravamina inferri quomodolibet patiantur.
C. C. F. [733.]

1331. 18. Martii. Aquilejae. Paganus patriarcha investit Johannem et Idelgerum de Pirano de recto et legali feudo, quod Aymericus Dyetmari pater eorum olim habebat ab ecclesia Aquilejensi, id est de ecclesia s. Herdili posita in finibus Pirani cum territorio suo et decima ipsius territorii. B. M. U. [734.]

1331. 20. Martii. Aquilejae. Gibertus abbas monasterii s. Galli de Mocio investit d. Federicum militem et consortes de Prampergo de feudo, quod constabat eum et progenitores suos rationabiliter antiquitus habuisse a monasterio supradicto: mandans eisdem, quatenus infra unum mensem sibi dare deberent in scriptis, quidquid habebant in feudum a monasterio Mosacensi in Sclusa et ejus pertinentiis, et in monte de Moltas, salvo garitto, pontasio et galayto, quae dicebant habere in feudum a d. patriarcha. Penes nobiles de Prampergo. [735.]

1331. 8. Aprilis. Paganus patriarcha concedit fraternitati Verberatorum de Sacilo licentiam construendi unam ecclesiam apud hospitale in burgo Sacili sub vocabulo s. Mariae de Misericordia, in qua sacerdos continue resideat, et ibidem divina officia celebret, et cui congruam dotem assignaverant; ita tamen quod idem sacerdos plebano dictae plebis debitum honorem exhibeat, et in festo Nativitatis dominicae ei persolvat quotannis unam libram thuris. A. C. U. [736.]

1331. 14. Aprilis. Utini. Ut sustinere possent onera habitantiae, quam obtinuerant in s. Vito, Paganus patriarcha concedit fratribus de Vituono sex campos terrae positos in prato braydae s. Viti, hac tamen

conditione, quod solvant annuatim ipsi patriarchae et ecclesiae Aquilejensi nomine census perpetualis duas libras piperis.

A. N. U. [737.]

1331. 17. Aprilis. Utini. Paganus patriarcha notificat d. Francisco Dandulo duci Venetiarum, se accepisse in mandatis a d. Bertrando Ostiensi et Velletrensi episcopo, apostolicae sedis legato, ut eum denuntiari faciat excommunicatum per omnes ecclesias proviociae Aquilejensis ex causa illius comitis, quam ipse d. dux non ignorat. Ideo rogat, ut, cum oporteat illum dicto mandato et aliis Romanae ecclesiae obedire, ei non adscribat, quod invite fecit in hac parte; suadens ei pleno cordis affectu, ut suae et civium suorum providens quieti cum eadem sancta matre ecclesia quantocius concordari procuret, ad quod, si aliquid potest, opem et operam, ut mandaverit, ipse patriarcha libenter dabit. Valde eoim ei displicet, quod io indignatione ejus etiam per momentum permaneat. B. M. U. [738.]

1331. 18. Aprilis. Utini. Io colloquio generali, in sala inferiori castri et palatii patriarchalis celebrato, in quo interfuerunt more solito praelati, liberi, ministeriales, communitates et aliae notabiles personae: propositis per d. Pagaonm patriarcham diligenter et provide injuriis, gravaminibus et oppressionibus, quae illatae sunt et inferuntur continue sibi et ecclesiae Aquilejensi et servitoribus ejusdem, et maxime noviter in partibus Istriae et Polae per illos de comitatu Goritiae simul cum Petro de Petrapilosa, et quorum causa dictum colloquium convocaverat, ipse patriarcha requisivit instanter omoes et singulos de colloquio sub fide, qua tenentur sibi et ecclesiae Aquilejensi, atque ipsis districte mandavit, quatenus super praefatis consulere debereot fideliter, ut tenentur, et tanquam fideles servitores et subditi ecclesiae Aquilejensis, ut consultum fuerit pro defensione honoris et jurium ecclesiae Aquilejensis, suum sibi praestarent auxilium et favorem.

Quaesito igitur more solito ab universis in dicto colloquio constitutis, quid circa praedicta videbatur agendum, et quid consulebant, provisum fuit et ordinatum, et firmatum ibidem, nemine discrepaote, quod, quia salubrius et discretius super talibus consuli potest per paucos quam per multos, d. patriarcha habere deberet consiliarios suos ex illis, qui erant ibidem; et quod nova fieret electio de duodecim consiliariis, scilicet de duobus pro praelatis, de duobus pro liberis, de quatuor pro ministerialibus et de quatuor pro communitatibus; qui duodecim simul cum aliis viderent, tractarent, agerent et adimplerent simul cum

d. patriarcha omnia et singula, quae utilia et necessaria essent circa praedicta pro honore et statu ecclesiae Aquilejensis et servitorum ejusdem. Qui duodecim haberent potestatem, quam habet totum colloquiom, et quidquid per ipsos fiet, habeat firmitatem et robur, ac si per totum colloquium factum esset. A. C. U. [739.]

1331. 18. Aprilis. Utini. Sub porticu juxta cisternam patriarchalis palatii.

Precibus d. Simonetti de Cucanea d. Gibertus abbas monasterii s. Galli de Mocio de gratia speciali et pro hac vice dedit licentiam d. Odorlico patri praedicti d. Simonetti, quod posset nuntium, venatorem sive aucupatorem transmittere ad accipiendum accipitres super montes ipsius d. abbatis et monasterii antedicti. A. D. U. [740.]

1331. 19. Aprilis. Utini. Jacominus notarius de Camino procurator et procuratorio nomine dominorum Rizardi et Gerardi de Camino inferiori, offert se paratum praestare securitatem duorum millium marcharum, quam ipsi domini de Camino facere debent ipsi d. patriarchae pro restitutione terrae Medunae. Qui d. patriarcha dixit et respondit, quod paratus erat recipere securitatem ipsam secundum formam et contineotiam pactorum initorum ioter partes ipsas. A. N. U. [741.]

1331. 22. Aprilis. Utini. D. Franciscus de Florentia pretio et foro quingentarum marcharum argenti vendit d. Federico de Savorgnano omnes rationes et actiones, quas habebat adversus serenissimum principem d. Federicum regem Romanorum, ac fratres suos dominos duces Austriae, et eorum subditos et mercatores, nomine et causa mille marcharum argenti cum damnis et expensis, in quibus idem d. Federicus rex et fratres obligati erant dicto d. Francisco; nec non causa et nomine quarundam reppressaliarum eidem d. Francisco concessarum, seu occasione tollettarum sibi super hoc concessarum per d. Paganum patriarcham. B. M. U. [742.]

1331. 24. Aprilis. Utini. Paganus patriarcha et ejus consiliarii nomine totius universitatis Forijulii, ex vigore et potestate eis tradita in generali colloquio, fecerunt et firmaverunt confoederationem, ligam et societatem cum d. Bernardino de Scannabeccis, potestate Coneglani, nuntio ad hoc specialiter misso per dominos Albertum et Mastinum de la Scala, civitatum Veronae, Vicentiae, Paduae, Tarvisii, Feltri et Belluni capitaneos et dominos generales; et ipse d. Bernardinus nomine ipsorum dominorum cum eisdem d. patriarcha, consiliariis et universitate praedicta, secundum pacta ordinata et tractata inter eos per d.

Morandum de Porcilliis canonicum Aquilejensem, sigillata sigillis dictorum dominorum patriarchae, Alberti et Mastini, quae omnibus ipsis nota esse dicebat. B. M. U. [743.]

1331. 24. Aprilis. Utini. In pactis factis inter d. Paganum patriarcham et dominos Gerardum et Rizardum fratres de Camino firmatum fuerat inter alia, quod d. patriarcha daret eisdem fratribus ab hodierna die usque ad unum annum gastaldiam terrae Medunae, et dicti fratres darent eidem d. patriarchae decem fidejussores de domibus infrascriptis, videlicet de Prata, de Porcileis, de Castello, de Cuchanea, de Spinimbergo, de Valvasono, de Coloreto et Mela et de Villalta. Verum cum praedicti domini de Camino misissent Danielem q^{m}. Zamboche de Camino eorum procuratorem, qui loco fidejussorum supradictorum proposuit d. patriarchae dominos Pregoniam de Spinimbergo, Brizaliam de Porcileis, Bartolucium ejus nepotem, Nicolaum de Prata, Rizardum de Valvasono, Nicolaum et Guecelonem fratres, Articonum q^{m}. d. Peregrini, Gerardum, Franciscum et Gabrielem, omnes de Pulcinico; et requisivit, quod securitatem hujusmodi reciperet, et daret sibi gastaldiam praedictam. Cui d. patriarcha respondit, quod ipse paratus erat recipere fidejussores de illis domibus, quae in memoratis pactis indicuntur, sed de aliis nullum recipere intendit B. M. U. [744.]

1331. 25. Aprilis. Utini. D. Paganus patriarcha intendens dominis de Camino servare promissa, si et ipsi eidem promissa servabunt, quamvis terminus expiraverit, infra quem debebant sibi praestare securitates super facto gastaldiae Medunae, protestatus fuit in praesentia d. Morandi de Porcilis gastaldionis ipsius terrae de Meduna, in cujus manibus eadem terra fuit posita tempore, quo facta fuerunt pacta inter eundem d. patriarcham et dictos dominos de Camino, et etiam d. Francischi de la Mota, qui ambo fuerunt tractatores dictorum pactorum; quod omnia ipsa pacta servare vult et intendit, dummodo serventur sibi ex parte ipsorum dominorum de Camino. Et insuper de benignitate, si adhuc usque ad diem dominicam proximam ipsi domini de Camino praestiterint ei securitates promissas, dabit eis dictam gastaldiam, ut promisit, quamvis terminus expiraverit memoratus; alioquin abinde in antea faciet de gastaldia ipsius terrae id, quod videbitur pro meliori suo et ecclesiae suae Aquilejensis: inhibens eidem d. Morando expresse sub poena fidelitatis, qua sibi et ecclesiae praedictae tenetur, ne dictam terram tradat eisdem de Camino aut aliquibus aliis absque sua licentia speciali. B. M. U. [745.]

1331. 5. Maii. In generali colloquio celebrato in Campardo Cenetensis diocesis d. Paganus patriarcha ex una parte et magnificus d. Albertus de la Scala de Verona pro se et d. Mastino fratre suo, civitatum Veronae, Paduae, Vicentiae, Tarvisii, Feltri et Belluni domini et capitanei generales, ex altera firmaverunt invicem et inviolabiliter tenere promiserunt, manuali fide data, puram et caram vicinantiam, fraternitatem, amicitiam, societatem, ligam et unionem. Promittens idem d. patriarcha, juxta alia pacta olim habita cum d. Canegrandi de la Scala eorum patruo, claudere et custodire toto suo posse omnes passus et introitus ecclesiae Aquilejensis, qui dumtaxat sunt in potestate ipsius d. patriarchae et ecclesiae suae praedictae, ne gens aliqua magna vel parva cum armis intret partes Forijulii, quae venire vellent in damnum ipsorum dominorum de la Scala. Et ad hoc intendit resistere et prohibere totis suis viribus et potentia. Et si contingat, quod aliqua gens veniret et intrare vellet per passus praedictos, aut per alia loca, ubi ipse d. patriarcha non posset resistere, statim cum hoc sentiet, illud significare curabit dominis antedictis, salvo semper in praedictis d. papae beneplacito et mandato, ac d. legati apostolicae sedis. Et versa vice dictus d. Albertus pro se et dicto d. Mastino fratre suo promisit eidem d. patriarchae, quod si contingat ipsum d. patriarcham habere guerram vel brigam in terris ecclesiae Aquilejensis, dabunt et transmittent ipsi domino patriarchae pro defensione sua et jurium ecclesiae Aquilejensis celerem et sufficientem succursum, juxta facti qualitatem et possibilitatem eorum; salvo semper honore et mandato sacri Romani imperii. Et ut haec invicem promissa per dominos supradictos strictius observentur, quidam ex nobilibus utriusque partis juraverunt dare operam efficacem, quod una pars contra aliam non veniat, sed illa bona fide inviolabiliter observet.

B. M. U. [746.]

1331. 9. Maii. In ecclesia s. Jacobi de Prata. Frater Johannes abbas Rosacensis et vicarius d. Pagani patriarchae nomine et vice ipsius d. patriarchae requisivit in praesentia d. Gerardi de Camino ibidem constituti a d. Morando de Porcilis, qui tenet Medunam ex commissione dicti d. patriarchae et qui in festo s. Georgii proxime praeterito debebat illam assignare dicto d. Gerardo et Rizardo ejus fratri, si ipsi dedissent certos fidejussores d. patriarchae de ipsa terra Medunae restituenda ei in capite anni, et certa pacta servassent olim inita inter eos; quod, cum ipsi fratres eadem pacta non servaverunt, nec dederunt

fidejussores praedictos, et terminus sit elapsus, terram praedictam libere et expedite tradere debeat patriarchae praedicto. B. M. U. [747.]

1331. 11. Maii. In sala castri patriarchalis s. Viti. Considerata bonitate Castellini Malacriae habitatoris castri s. Viti, et quod babitantia, quam habet, non est bene sufficiens, ut decens est: d. Paganus patriarcha univit et adjunxit habitantiae ipsius Castellini quandam petiam terrae positam in territorio s. Viti, ubi dicitur subtus Rivam, solvendo tamen omni anno d. patriarchae libram unam piperis.

B. M. U. [748.]

1331. 12. Maii. In loco s. Viti. Quia locus de la Fratina situs est apud confinia ecclesiae Aquilejensis in partibus Forijulii, et per ipsius fortificationem tota patria posset sumere plurimas defensiones, tutelas et commoda: versa vice autem, si ad aliquorum aemulorum praefatae ecclesiae manus perveniret, ipsa ecclesia multis posset offensionibus, damnis et periculis subjacere: idcirco d. Paganus patriarcha, provida meditatione praemonitus, cupiens eisdem periculis obviare, et sibi et successoribus suis, suisque subjectis salubriter providere, dedit, tradidit, atque ad perpetuam rei memoriam concessit dominis Hermano ac Nicolao ministerialibus suis de la Fratina, quod locus ipse de la Fratina ab oppressionibus, impugnationibus, pignorationibus et gravaminibus quibuscumque gastaldionum suorum liber sit de cetero totaliter et exemptus, reservata in se correctionis emenda, et excessuum ac delictorum poena cum debita dominii potestate, ita quod quicumque bona sua deposuerit ad salvandum in loco praedicto, infra cortinam seu cinctam aut foveam dicti loci construendas et reparandas, ejusdem exemptionis privilegio utatur quoad defensionem ipsorum bonorum intra existentium, sicut domini de la Fratina praedicti: mandans nihilominus idem d. patriarcha suis ministerialibus antedictis, ut ad fortificationem dicti loci viriliter et studiose intendant, ac sollicitent et inducant incolas circumstantes, ut ad fortificationem praefatam manus adjutrices apponant.

B. M. U. [749.]

1331. 13. Maii. In palatio s. Viti. D. Paganus patriarcha cupiens pro utilitate et honore ecclesiae suae Aquilejensis ampliare de bonis hominibus et plantare dictam suam terram de s. Vito, fecit ipsius terrae habitatorem Zanninum filium q^{m} Pitucii de Septimo, assignans ei territorium in loco s. Viti, ubi competentem domum construeret, concedens eidem loco habitantiae quosdam campos in villa de Septimo. Qui Zanninus promisit stare et habitare cum familia sua in eadem terra

s. Viti, et fidelitatem servare ipsi d. patriarchae et successoribus suis, eisque servire, quoties expedierit, cum equo et armis, sicut habitatorum moris existit. B. M. U. [750.]

1331. 13. Maii. In palatio s. Viti. D. Paganus patriarcha investit jure habitantiae Franciscum q^{m}. Ottoboni de Valvasono de uno manso terrae sito in dicta terra s. Viti. Pro qua quidem investitura ipse Franciscus promisit stare et habitare cum familia sua in dicta terra s. Viti, et juxta morem aliorum habitatorum eidem d. patriarchae et ecclesiae Aquilejensi fideliter servire. B. M. U. [751.]

1331. 13. Maii. In palatio s. Viti. D. Paganus patriarcha medietatem habitantiae, quae haereditario jure pervenerat ad Culacium q^{m}. Ponsoli de s. Vito, quae devoluta erat et excisa ad ipsum d. patriarcham propter maleficium factum per eundem Culacium, contulit Jacobino q^{m}. Custelli Malacriae de Cumis, qui habitabat in s. Vito: ita tamen, quod idem Jacobinus et haeredes ejusdem sustineant pro illa medietate habitantiae illa onera, quae incumbent facienda, et serviant patriarchae et ecclesiae Aquilejensi secundum consuetudinem habitatorum s. Viti. B. M. U. [752.]

1331. 13. Maii. In loco s. Viti. D. Lanzarotus de Birago, gastaldio s. Viti, de voluntate et consensu d. Pagani patriarchae investit Philippum q^{m}. Bolognini de Vandolis de Massa Fischaliae commorantem in s. Vito de quibusdam bonis, quae fuerunt Cozanelli q^{m}. Marchabruni de s. Vito rebellis et banniti de terra praedicta, et de quibus idem Cozanellus propter ejus nefaria opera per sententiam juste et rationabiliter privatus fuerat. B. M. U. [753.]

1331. 16. Maii. In palatio s. Viti. Cum Cozanellus Marchabruni de s. Vito, habitator ipsius loci, suis culpis exigentibus per laudum et sententiam excilerit ab omnibus bonis, quae habebat in dicto loco s. Viti et aliis partibus subjectis ecclesiae Aquilejensi, et ad ipsam ecclesiam dicta bona sint devoluta, d. Paganus patriarcha, ultra quam de quibusdam bonis spectantibus ad habitantiam sancti Viti, investit Benaduxium q^{m}. Costelli Malacriae etiam de aliis terris et possessionibus, quas dictus Cozanellus et domus ejus habueraut antiquitus in feudum ab ecclesia Aquilejensi. B. M. U. [754.]

1331. 29. Maii. Utini. Paganus patriarcha mandat Meliorantiae canonico Utinensi, Manfeo Cassinae et Guecello notario, quatenus euntes per terras et loca sibi subjecta, miracula, quae altissimus per beatum Odoricum ostendere fuit dignatus, a quibuscumque diligenter et saga-

citer inquirant, illaque fideliter reddant in scriptis.

Asquini vita b. Odorici. [755.]

1331. 30. Maii. Utini. Ad praesentationem d. Henrici ducis Karinthiae in capellanum ecclesiae s. Aegidii de Chlausenstain d. Paganus patriarcha, visis privilegiis bonae memoriae d. Bertoldi patriarchae Aquilejensis et d. Luypoldi ducis Kariuthiae, investit per annulum suum Jacobum clericum de Petovia de dicta ecclesia, ipsamque sibi contulit cum omnibus juribus et pertinentiis suis. B. M. U. [756.]

1331. 17. Junii. In Civitate Austriae. Franciscus q^m. Johannis Fusci de Civitate facit treuvas Conrado magistro scolarum Theotonico in manibus d. gastaldionis usque ad octo dies post festum s. Michaelis venturum secundum consuetudinem treunarum. A. N. U. [757.]

1331. 24. Junii. Utini. D. Zonfredinum de Oppreno, ejus vicedominum, Paganus patriarcha constituit suum procuratorem ad petendum et recipiendum a d. Francisco Dandulo duce et communi Venetiarum illas ducentas et viginti quinque marchas, quas dare tenentur eidem d. patriarchae in Kalendis mensis Octobris proxime venturi pro juribus Istriae. A. N. U. [758.]

1331. 25. Junii. In castro Utini. D. Gulielmus decanus Aquilejensis requisivit humiliter et instanter a d. Pagano patriarcha, ut constitutionem novam ejusdem d. patriarchae sibi decano ac d. decano Civitatensi transmissam super beneficiis illicite acquisitis, quam idem d. patriarcha in suo generali colloquio die dominico nuper elapso, videlicet vigesimo tertio praesentis mensis Junii, publicari fecerat, sibi faceret assignari et tradi, ut illam similiter in ecclesia Aquilejensi, sicut mandabatur eidem, posset facere publicari et legi ad hoc, ut evitaret poenas in ipsa constitutione contentas. Alioquin protestabatur et dicebat, quod non remanebat per ipsum, quin adimpleret, quod sibi mandabatur. B. M. U. [759.]

1331. 27. Junii. Utini. Cum monasterium Fontis s. Mariae in Landestrost ordinis Cisterciensis, Aquilejensis diocesis, in partibus Hungariae positum, satis ab olim abundans pro sustentatione abbatis et conventus aliarumque personarum ibidem degentium, propter Hungarorum incursionem et expoliationem quasi continuam adeo erat propriis bonis expoliatum et possessionibus devastatum, ut e florente fortuna in infimam descivisset: Paganus patriarcha, ad elevationem ejusdem loci humeros submittens, ecclesiam s. Ruperti juxta Savum prope Gurgfeld, ad ejus provisionem spectantem, cum omnibus juribus suis

eidem monasterio perpetuo annexuit ac univit: ita quod, sustentatione presbiteri servientis ibidem et populi curam gerentis deducta, universi ipsius ecclesiae fructus, redditus et proventus in usum abbatis et conventus praedictorum totaliter convertantur: injungens tamen dicto abbati et conventui, ut annuatim pro animabus praedecessorum suorum, et specialiter patriarchae Raymundi quondam patrui sui, anniversarium solemniter celebrare debeant, et etiam suum in die, qua venerit, sicut decet. B. S. D. [760.]

1331. 27. Junii. In Civitate Austriae. D. Nicolaus de Castello et d. Hector de Savorgnano, datis hinc inde fidejussoribus, et sub poena qningentarum marcharum, jurant in manibus d. Pagani patriarchae observare treguas inter eos factas pro se et eorum amicis ac servitoribus a die lunae proxima ad quindecim dies.

A. C. U. [761.]

1331. 1. Julii. Utini. Paganus patriarcha mandat communi et hominibus Adignani, quatenus Bertucio Caprariae de Adignano, quem suum gastaldionem ibidem constituit, fideliter obediant.

A. N. U. [762.]

1331. 5. Julii. Utini. Bernardus de Brazzacco inferiori eo, quod ejus consortes de Brazzacco superiori instigationibus dominorum de Castello non comparuerant cum uno equo de lancea, ituri quo d. patriarcha voluerit, sicut eis praescriptum fuerat, protestatus est et dixit, quod eorum absentia sibi praejudicium ingerere non debet.

A. N. U. [763.]

1331. 1. Augusti. Utini. Jacobus q^{m}. d. Ropreti de Flagonea vendidit d. Nicolao de Castello omnes possessiones, quas habet in castellario Flagoneae, pretio et foro centum marcharum.

Floridus q^{m}. Guarienti de Flagonea vendidit d. Hectori de Savorgnano partem suam, quam habet in castro veteri Flagoneae, pro septuaginta marchis. A. N. U. [764.]

1331. 1. Augusti. In Civitate Austriae. Frater Franciscus de Clugia ordinis minorum, inquisitor haereticae pravitatis, cum invenisset Paulum Bojani et ejus haeredes de Civitate Austriae inter certos Christi fideles circa fidem catholicam et officium inquisitionis beneficos et devotos et pugiles speciales, exponentes se omni periculo pro honore et favore fidei et officii inquisitionis: eos facit ac constituit officiales officii inquisitionis, eisque omnem veniam largitur et indulgentiam. Insuper concedit eisdem licentiam ferendi arma per universas et singulas civitates

ac terras suae jurisdictioni subjectas; et si unquam verbo vel facto officium inquisitionis offendissent usque ad diem praesentem, eos absolvit atque absolutos dimittit. A. C. C. [765.]

1331. 15. Augusti. In villa de Sclavina. Carlevarius de la Turre, capitaneus exercitus d. patriarchae Aquilejensis in contrata Arispergi, affidat servitorem Volvini de Steymbergh, ut veniat ad quamdam villam lunginquam ab ejus exercitu per dimidium milliare ad faciendam permutationem unius equi, quem emerat Albertus Raspa, conestabilis et stipendiarius duminorum de la Scala. A. N. U. [766.]

1331. 16. Augusti. Utini. Inter montes Cavoreti innumerabiles Sclavi venerabant pro Deo quandam arborem et fontem, qui erat ad radices dictae arboris, illam impendendo creaturae reverentiam, quae ex fidei debito creatori debetur. Ideo de consilio jurisperitorum, religiosorum et aliorum discretorum virorum, frater Franciscus de Clugia ordinis minorum, inquisitor haereticae pravitatis, in solemni praedicatione in Civitate Austriae convocatis fidelibus crucem praedicavit, et illam indulgentiam, quam ex privilegiis sui officii concedere poterat, eisdem impendit. In tanto pietatis opere ad extirpandos errores praedictos nonnulli praelati, clerici et religiosi ei astiterunt consilio et personali subsidio, laborando et itinerando non sine periculo usque ad dictum locum de Cavoreto, ita ut potuerit arborem supradictam extirpare, et fontem lapidibus obruere. Inter eos tamen, qui personaliter secum laboraverunt, singulare ei praestitit auxilium venerabilis vir d. Vorlicus d. Pauli Reyani, canonicus Aquilejensis, cui dictus frater Franciscus illam indulgentiam et absolutionem concessit, quam vigore privilegii ab Innocentio pontifice suo ordini concessi impartiri poterat; et absolvens eum, sicut humiliter postulaverat, a sententiis interdicti, suspensionis et excommunicationis, secum etiam dispensavit super irregularitatibus, si quas celebrando divina officia contraxisset.

A. C. C. [767.]

1331. 22. Augusti. Utini. Super facto discordiae, quae vertebatur inter d. Hectorem militem de Savurgnano et d. Nicolaum de Castello occasione loci Flagoneae, quae quidem discordia erat paritura dispendium, damnum et periculum toti terrae Furijulii, d. Paganus patriarcha, convocatis in generali colloquio praelatis, liberis, ministerialibus et communitatibus in sala inferiori patriarchalis palatii, petiit ab eisdem, quid faciendum esset ad evitandum pericula, et statum pacificum totius terrae servandum; qui statuerunt, quod d. patriarcha

penes se retineret aliquos de dicto colloquio, qui secum deliberarent super praedictis, et quidquid per eos ordinatum esset, tantum valeret ac teneret, ut si per totum colloquium factum esset.

Electi igitur fuerunt novem ex primoribus de dicto colloquio, qui, aliis omnibus recedentibus, convenerunt in unum cum d. patriarcha ibique firmaverunt, statuerunt et ordinaverunt concorditer haec, quae sequuntur:

I. Pax firmetur et fiat inter d. Hectorem et d. Nicolaum, et guarnimentum factum per utramque partem removeatur et tollatur.

II. Castrum vetus Flagoneae cum parte vel partibus illis, de quibus est quaestio, ponatur in manibus d. patriarchae et custodiatur per quindecim dies, et interim examinentur et videantur jura utriusque partis per ipsum d. patriarcham et dictos novem, et quod justum fuerit, executioni mandetur.

III. Si alter eorum contradicens erit, inobediens vel rebellis super praedictis vel aliquo praedictorum, ipse d. patriarcha cum dictis novem et cum residuo totius colloquii contrarius sit dicto inobedienti ad damna et destructionem ejus realem et personalem.

IV. Si ex defectu aliquo partis et partium, vel alio quocumque modo res non reformaretur praedicta infra dictum tempus quindecim dierum, ipse d. patriarcha debeat funditus diruere et destruere castrum ipsum: jurantes et promittentes vicissim, fide manuali data, ita adimplere et executioni mandare, quod firmatum est inter ipsos, ac astare eidem d. patriarchae viribus et potentia contra illum, qui praedicta neglexerit adimplere, quae ordinata sunt, vel aliquid praedictorum, volentes et statuentes, quod praedicta taliter firmata vim totius colloquii obtineant.

Quibus sic peractis vocatus fuit d. Hector praefatus ad praesentiam praedictorum, et lectis sibi capitulis antedictis, et vulgari modo, mandatum fuit sibi, quod, sicut lectum est et firmatum, ita faciat et compleat; et quod gentem, quam habet apud castrum Flagoneae, statim revocet et removeri faciat. Qui d. Hector respondit et dixit, quod in totum paratus erat obedire et complere, quod sibi per dominum suum patriarcham et suum consilium mandabitur. A. C. U. [768.]

1331. 31. Augusti. In monasterio Mosacensi. Frater Gibertus abbas monasterii s. Galli de Mocio, convocatis monachis dicti monasterii, verbo protulit infrascripta:

Notum sit omnibus vobis, quod frater Johannes, quem videtis ante me flexis genibus constitutum, fuit conscius et fautor proditionis factae contra me et monasterium Mosacense per fratrem Florimundum et fratres de Cerneto: et dum ego essem in capitulo post factam dictam proditionem, et in virtute sanctae obedientiae adjurassem ipsum et alios, si fuerant conscii dictae proditionis, et si aliquando conspiraverant contra me (ut de aliis omittamus), ipse respondit, quod non. Interrogatus etiam, si habuerat de rebus meis vel familiarium meorum, vel si sciebat aliquem habentem, respondit, quod non. Demum post paucos dies, dum ego essem Glemonae et idem frater Johannes esset in mea praesentia constitutus, quia dictum erat mihi, quod omnino ipse fuerat conscius illius proditionis, praecepi sibi in virtute sanctae obedientiae, et nihilominus feci eum jurare ad sancta Dei evangelia, quod de inquisitis plenam, quam sciret, diceret veritatem. Unde quaesivi ab eo, si aliquando ipse conspiravit contra me, vel si sciret aliquos conspirantes et non manifestaverit mihi: et si aliquando sentivit de proditione praedicta, et si derubavit aliqua de meis vel familiarium meorum. Respondit, quod de illo tractatu sive proditione nihil sciverat, nisi quod frater Florimundus dixerat sibi in illa nocte: tu videbis aliqua nova, antequam sit dies crastina; et quod nihil habuerat de rebus meis vel familiarium meorum.

Eadem vero die constitutus coram d. abbate Rosacensi, vicario d. patriarchae, suo sacramento dixit et confessus fuit, qnod per decem dies et ultra ante novitatem factam contra me per illos de Cerneto et Johannem Franciscum de Castello scivit debere fieri novitatem praedictam, quia frater Florimundus revelavit sibi omnia, et fecit jurare, quod hoc teneret secretum, dicendo sibi modum et viam, per quam debebant venire ad capiendum me: et quod de rebus meis et familiarium meorum nihil acceperat, sed bene habuerat duos meos vestitos datos sibi sub sacramento a fratre Florimundo praedicto.

Interrogatus inde per dictum d. vicarium, quare non revelavit mihi, quando quaesivi ab ipso in virtute obedientiae et praestiti sacramenti, respondit, quod non fuerat ausus mihi revelare propter timorem mei. Propter quae et alia turpia enormia delicta, quae tunc confessus fuit, secundum quod plenius constat per scripturam dictae inquisitionis factam per manum Francini de Laude, notarii d. patriarchae, d. vicarius et ego damnavimus eum, ut deberet stare Glemonae in carceribus usque ad nostrae beneplacitum voluntatis. Demum parentum et amicorum suorum devictus instantia extraxi eum de dictis carceribus de

licentia et preec d. vicarii, et posui eum in carceribus monasterii Mosacensis, et praecepi sibi in virtute ubedientiae, quod inde nullo modo deberet exire sine mea licentia. Ipse autem in contemptum mandati mei et contra debitum obedientiae fracto carcere quadam nocte fugit, et longo tempore vagando discurrit. Tandem revocavi eum ad claustrum et praecepi sibi in virtute obedieotiae, qood non deberet exire claustrum, et etiam poenitentiam eidem imposui pro modo culpae. Ipse vero, tanquam canis ad vomitum rediens, contra mandatum meum et bonnm obedieotiae in nocte fugit, exivit monasterium et quendam de snis monachis acriter verberavit.

Dixerat, et idem frater Johanoes haec omnia confessus fuit et publice recognovit, petens oihilominus juxta litteras d. legati apostolicae sedis, qoas eidem d. abbati exhibuit, dispensatiooem super irregularitato praedicta. Praefatus autem d. abbas, eidem imposita poenitentia salutari, auctoritate d. legati dispensavit misericorditer cum eodem. A. D. U. [769.]

1331. 2. Septembris. Utini. Ob grata et devota obsequia sibi et Aquilejensi ecclesiae impensa, Pagaous patriarcha contulit ac concessit ad rectum et legale feudum Eberardo et Uvizilioo sagittariis fratribus, habitatoribus io castro de Windisgratz, curiam onam sitam sub castro de Wiodisgratz in antiquo foro et oovem agros ad ipsam curiam spectantes. A. N. U. [770.]

1331. 15. Septembris. Domioi Progna de Zuccula et Bartholomens ejus frater, uoa cum d. Johanne de Villalta et alia ooo pauca comitiva, furtive circa horam matutinam domioorum majoris ecclesiae Civitatensis per portam leprosorum apposuerunt scalas ad murum borgi pootis: et ii, qui primo intraverunt burgum, fregerunt portas, et residui iotraverunt: qui statim ceperunt meliores et ditiores de dicto burgo, et eos in turri quondam Salomonis carceraverunt, ipsos prius affidantes. Postmodum venerunt ad pontem et inciderunt dictum pontem, pooeotes vasa versus Civitatem, et ultra pontem feceruot fortiliciom magnum a capite pontis. Et hora matutina homines Civitatenses sciveruot haec: et facta die homines Civitatenses et adversarii eorum se hinc et iode fortiter ballistabant: et extrinseci ballistabant cum sclopo versus terram et nibil nocuit. Porta aperta existeote demum plures de Civitate ibant super pontem praecipitantes casas, quae positae erant super pontem in Natissa, et cootra adversarios audacter pugnantes et oon potuerunt transire ad eos propter pontis fractionem. Circa vero

horam primae praedicti, qui erant in burgo, voluerunt comburere pontem, portantes oleum, stuppam et stramen, ut comburerent dictum pontem; quod homines Civitatenses scientes et videntes posuerunt se periculo, et violenter transeuntes pontem pauci de Civitate, eos in fugam verterunt. Extrinsecі vero videntes vexillum virginis gloriosae statim verterunt, quorum tres interfecti fuerunt, ceteri vero vix abierunt.

Chronicon Juliani. [771.]

1331. 22. Septembris. In castro Zuculae. Domini Bartholomeus et Pregonia fratres de Spegnimbergo, ac d. Johannes de Villalta pro se et eorum servitoribus et amicis, excepto Nicolao q^m. Gullielmi Galangani, fecerunt treguas d. Pagano patriarchae et communi Civitatis, eorum servitoribus et amicis, excepto Philippo de Portis, qui non habeat treguas cum Nicolao praedicto quoad personam, sed sic in bonis, usque ad octavam diem inclusive post festum s. Martini proxime venturum sub poena mille marcharum. A. N. U. [772.]

1331. 30. Octobris. In Civitate Austriae. Paganus patriarcha notificat universis ac singulis, quod pro se, subditis ac servitoribus suis fecit treguas cum d. Volvino de Steymberch, ac amicis, subditis et ejus sequacibus a dato diei praesentis usque ad Epiphaniam Domini proxime venturam, easque sub sua fide observare promisit. A. N. U. [773.]

1331. 10. Novembris. In Civitate Austriae. Pro servitiis sibi et suae ecclesiae exhibitis in contrata Arisperch per nobilem militem d. Gulielmum de Piscatz et damnis passis per eundem, d. Paganus patriarcha promittit ipsi dare et solvere hinc ad duos annos proxime futuros marchas ducentas solidorum. De captione autem et redemptione ipsius non intendit aliquid sibi dare, quoniam inordinate et improvide ingressus fuit ad bellum, in quo extitit captivatus, ac etiam quia castrum de Sclavina tradidit absque ipsius patriarchae licentia et beneplacito in manus aemulorum ejus. A. N. U. [774.]

1331. 12. Novembris. Duringussius de Mels et Nicolaus de Los ex una parte, et Articus, Phanfinus et Hendricus de Prampergo ex alia, faciunt invicem treguas ab hodierna die usque ad festum b. Mariae virginis de mense Februarii, et eas pro se et eorum amicis ac servitoribus observare promittunt sub poena ducentarum marcharum.

A. N. U. [775].

1331. 13. Novembris. Utini. Raynaldus de la Turre constituit Ludvicum de la Turre, canonicum Aquilejensem, et Burinum Nicolai de Mediolano ad resignandum in Romana curia camerariam ecclesiae Aqui-

lejensis, ad quod officium propter aetatis gravitatem et corporis debilitatem non potest more solito laborare. A. C. U. [776.]

1331. 17. Novembris. Utini. Cum ambaxatores communis et hominum de Mngla obtinuissent a d. Pagano patriarcha facultatem eligendi potestatem dictae terrae, ipsi, habito inter se consilio et deliberatione, elegerunt magnificum dominum d. Federicum comitem Veglae, et eorum electionem d. patriarcha confirmavit. A. N. U. [777.]

1331. 17. Novembris. Utini. Petrus q^m. Valentini de Civitate ex una parte, et Braniver de Tulmino ex parte altera in hoc pacto et in hac concordia convenerunt, videlicet quod dictus Braniver debeat esse spya dicti Petri, et ire Villacbum ad spyandum aliquos mercatores de Villacho in aliqua strata: ita quod ipse Petrus possit eos capere, aut bona ipsorum arripere; et corporaliter juravit dare bonam operam efficacem et nulli revelare: et dictus Petrus sibi teneatur dare pro dicto labore soldos grossorum viginti. A. N. U. [778.]

1331. 20. Novembris. Utini. Cum Nassinguerra de castro Polae venire personaliter intenderet pro quibusdam suis negotiis ad terram duorum castrorum, Paganus patriarcha mandat gastaldioni, judicibus et communi dictae terrae, ut eum benigne recipiant et eidem, in quibuscumque poterunt, amicabiliter serviant, dummodo propter hoc non subeant guerram cum Venetis, quod absit. A. C. U. [779].

1331. 26. Novembris. Utini. Cum in Aquileja Gulielmus Johannis Picossii de Aquileja, Christophorus q^m. Martini de Murano, Dominicus de Maramania et Bastardinus de Porinzonibus de Mediolano, ac Guido de Padua, olim pistor capituli Aquilejensis, ad rixas devenissent et rumores cum dominis Ottolino de Pergamo, Raynaldino de Zavattariis et Tano de Bononia, canonicis Aquilejensibus, et eorum familiaribus, ubi fuerunt aliqui cum gladiis percussi, et specialiter antedictus d. Tanus, ac etiam quidam alii vulnerati, de quibus rumoribus et rixis praesumebatur d. Ambrosiolum de la Turre, canonicum Aquilejensem, fuisse culpabilem; d. Paganus patriarcha mandavit praedictis dominis Ottolino, Raynaldino, Tano et Ambrosiolo, Gulielmo, Christophoro et Guidoni, ut bonam pacem et concordiam vicissim facere deberent et servare sub poena quingentarum librarum. Qui omnes statim ad mandatum ipsius d. patriarchae, tactis sibi manibus in signum amicitiae, pacem fecerunt ad invicem promiseruntque ipsam perpetuo servare.

Insuper idem d. patriarcha sedens pro tribunali sententiam protulit infrascriptam.

I. Sint banniti sub poena perpetui carceris de tota terra Forijulii Dominicus de Maramanis et Bastardinus de Porinzonibus; et Dominicus exeat terram Forijulii infra tertiam diem post relaxationem a carcere, in quo est; et Bastardinus exeat terram praedictam Forijulii infra tertiam diem, postquam magister Bonifacius, qui curat, dixerit eum a vulneribus liberatum.

II. Guido pistor sit bannitus de terra Aquilejae et a decem milliaribus circumquaque sub poena praedicta carceris et omnium bonorum suorum.

III. Gulielmus Picossii et Christophorus de Murano praestent securitatem, videlicet Gulielmus trecentarum librarum, et Christophorus ducentarum librarum loco condemnationis et poenae, in quam incident ipso facto, si fecerint rixam, per quam contingat canonicum aliquem Aquilejensem aut mansionarium offendi in persona, sive cum sanguinis effusione: et se abstineant ab ingressu ecclesiarum et divinis officiis, quousque meruerint beneficium absolutionis obtinere a d. papa aut ejus legato.

IV. D. Ambrosiolus canonicus Aquilejensis, cum sit excommunicatus, non immisceat se divinis officiis, quousque se fecerit absolvi, aut se purgaverit sexta manu sui ordinis personarum bonae famae et opinionis: et non accedat ad civitatem Aquilejae sine beneplacito ipsius patriarchae. A. N. U. [780.]

1331. 30. Novembris. Utini. Pro octo marchis novorum locantur fructus, redditus et proventus primi anni, qui debentur ecclesiae Romanae pro praebenda Aquilejensi nuper vacante per matrimonium contractum per d. Federicum filium d. Johannis Andreae de Bononia, olim canonicum Aquilejensem. A. N. U. [781.]

1331. 30. Novembris. Utini. D. Paganus patriarcha fecit, constituit et ordinavit d. Ludoycum de la Turre, canonicum Aquilejensem, Leonardum Gallinam de Mediolano et Petrum de Baono suos procuratores et nuntios specialiter ad visitandum pro eo et ejus nomine Romanam ecclesiam juxta debitum et reverentiam, qua tenetur eidem, et ad faciendum omnia et singula, quae circa officium visitationis hujusmodi requiruntur. B. M. U. [782.]

1332. 11. Januarii. Utini. Guarinus de Arispereb investitur a d. Pagano patriarcha de feudis, quae q^m. Vorliens pater ejus habebat ab ecclesia Aquilejensi in contrata de Arispereb: videlicet de duobus mansis sitis in villa de Altendorf, de uno manso sito in villa de Ottocho

parvo, nec non de uno manso in villa de Ottocbo majori et de una curia sita sub castro de Arispercb, in qua dictus Guarinus babitabat.

A. N. U. [783.]

1332. 31. Jannarii. Utini. D. Paganus patriarcha concedit d. Thomasutto de Pertinstayn, gastaldioni suo in loco de Tricesimo, omne jus, quod ecclesia Aquilejensis babebat in nemore de Attems; ita quod ipse Thomasuttus possit pro suo libito voluntatis incidi facero ligna dicti nemoris a die proximi carnisprivii usque ad unum annum, et de ipsis lignis facere prout sibi placuerit. Pro quo quidem commodo et utilitate teneatur dictus d. Thomasuttus fortificare, reparare et construere suis sumptibus et expensis locum et castrum praedictum de Tricesimo binc ad festum s. Martini juxta modum, formam et tractatum babitum cum magistro Dominico Marangono de Padua et decano Rivosae, et boc sub poena quinquaginta marcharum Aquilejensis monetae. B. M. U. [784.]

1332. 5. Februarii. In sententia arbitraria dominorum Odorlici et Artici de Prampergo super differentiis, quae vertebantur inter dominos Pregoniam et Bartbolomeum de Spenimbergo ex una parte, et dominos Rizardum et Odorlicum q^m. d. Simonis de Cucanea ex altera, declaratum fuit: quod praedicti de Spenimbergo agant garittum et babeant jus capiendi, tormentandi et suspendendi latrones, fures et cujusvis generis malefactores in villis s. Georgii, Ronseti, Domanins, Aviani, Provesani, Putei et aliis villis circumstantibus, sicut babent in plebe Cosae et s. Georgii. Domini autem de Cucanea, sive de Valvesono habeant illud idem jus in plebe Cosae a confinibus s. Georgii inerius, in s. Martino, in Pustuncico, in Arzino, Arzinutto et Valvesono et eorum confinibus. Bellonus. — C. P. [785.]

1332. 15. Februarii. Mandatum fiendum universis babentibus feudum ministerii sartoriae, ut debeant conducere equos ad curiam Utini ad equitandum Aquilejam, prout expediebat.

Bellonus. — B. M. U. [786.]

1332. 21. Martii. Utini. D. Paganus patriarcha pro se suisque subditis et amicis facit treguas cum d. Volvino de Steyberch ac ejus sociis, servitoribus et amicis a die bodierna ad proximum festum s. Georgii.

A. N. U. [787.]

1332. 7. Aprilis. Glemonae. Federicus de la Turre capitaneus, consilium et commune Glemonae rogant d. potestatem, consilium et commune civitatis Tarvisii, ut securos in bonis et personis una cum

eorum famulis facere velint Arthusium et Johannem de Glemona, qui ad eos mittuntur causa tractandi de rapressaleis per eos permissis contra homines Forijulii, et conveniendi cum eisdem, quod homines et mercatores de Glemona per districtum Tarvisii ire, redire et stare valeant cum eorum bonis et personis liberi et securi.

Verci. [788.]

1332. 13. Aprilis. Tarvisii. Antiani et commune Tarvisii respondent d. Federico capitaneo, consilio et communi Glemonae, se non posse ad praesens tractare super facto rapressalearum eo, quod d. Petrus del Verme, eorum potestas, aberat a Tarvisio. Caeterum de tollendis aut suspendendis rapressaleis non ad illos de Glemona, sed spectat ad d. patriarcham Aquilejensem, cum quo alias convenerant de mittendo hinc inde ambaxatores et tractatores Sacilum aut Cavoloonum, qui rem in disceptationem vocarent, et ad optatum finem deducerent; nec aliqui contra eorum expectationem ex parte dicti d. patriarchae ibidem in dicto termino comparuerunt, ita ut se ab eo ludificatos esse arbitrarentur. Quodsi per dictum d. patriarcham litterae aut nuntii ad eos mittantur, offerunt se paratos, quod super praedictis rapressaleis concordia pertractetur. Verci. [789.]

1332. 24. Aprilis. Tarvisii. Petrus del Verme, potestas Tarvisii, mandat universis et singulis mariciis, juratis, communibus et hominibus regulorum et locorum districtus Tarvisii et quibuscumque aliis officialibus communis Tarvisii, quatenus, si fuerint requisiti, praestare debeant auxilium, consilium et favorem Paulino Cartolario ad capiendum et detinendum omnes et singulos de Forojulio subjectos d. patriarchae Aquilejensi, et eos et eorum res et bona sub fida custodia praesentandum coram ipso potestate aut ejus vicario, usque ad summam et quantitatem contentam in rapressaleis eidem Paulino per commune Tarvisii concessis. Verci. [790.]

1332. 1. Maii. Hodie circa horam vesperorum venerabilis vir d. Raynaldus de la Turre, thesaurarius et canonicus hujus Aquilejensis ecclesiae, migrando ad dominum, diem suum clausit extremum: qui pro anima sua legavit capitulo fructos praebendae suae intrinsecos et extrinsecos, et ultra hoc triginta quinque marchas juxta formam testamenti sui; de quibus fructibus et denariis emantur redditus pro suo anniversario, septimo et trigesimo singulis annis cum pleno officio faciendis, cum oblationibus in missa, sine potu in vesperis, et cerimonia consueta in die anniversarii tantum. Tres denarii offerantur in missa

communi: tres denarii dentur tribus sacerdotibus, qui celebrent singuli eorum singulas missas pro anima sua, et quinque denarii dividantur inter pauperes clericos semper in anniversario, septimo et trigesimo; quibus diebus capitulum teneatur in vesperis ire ad tumulum suum cum cruce argentea: et quod medietas redditunm, qui ementur, dividatur in die anniversarii, tertia autem et quinta pars dictorum redditum in die septimi et trigesimi. In quorum omnium divisione reddituum decanus hujus capituli et canonici sint in portione aequales; et mansionarii sint in statu consueto, videlicet quod unusquisque mansionarius habeat sicut medius canonicus et medius diaconus. A. C. U. [791.]

1332. 3. Maii. In Civitate Austriae. De omni lite et quaestione, quae vertebatur inter d. Saginum de Zamorcis de Parma, provisorem communis Civitatis, et magistrum Omnebonum muratorem q^{m}. Gerardini de Cremona de eo, quod magister Omnebonus petierat sibi satisfieri de lapidibus, circa quos laboraverat ad secundum voltum seu arcum pontis supra Natissam desuper primum voltum, et de opere dicti pontis, qui fiebat amplior et largior a primis pactis habitis inter eos; et de eo, quod pro defensione dicti pontis facta fuerat de suis lapidibus quaedam sponda muri ultra dictum pontem versus hospitale s. Martini, et de omnibus aliis compromiserunt in d. Gulielmum q^{m}. magistri Valteri et in d. Jacobum q^{m}. d. Johannis Ottonelli de Civitate. C. G. [792.]

1332. 5. Maii. In Sexto. D. Ludovicus abbas Sextensis concedit d. Francisco de Sbrogliavacca facultatem aedificandi unam ecclesiam ad honorem Dei et b. Mariae virginis ejus matris et b. Johannis super quodam campo terrae posito in territorio Sbrogliavacchae, quem ipse d. Franciscus assignaverat in dotem dictae ecclesiae, dans et concedens eidem omne jus patronatus. A. D. U. [793.]

1332. 7. Maii. Utini. D. Paganus patriarcha constituit et ordinavit d. Ludovicum de la Turre, canonicum Aquilejensem, et d. Jacobum de Carraria suos procuratores et nuntios ad implorandum a d. Johanne XXII. pontifice, quod praefatum d. patriarcham a sententia excommunicationis, si qua esset ligatus occasione debiti Romanae ecclesiae aut alia quacumque de causa, dignaretur absolvere, obligando se ipsum de recidendo in pristinam excommunicationis sententiam, si in terminis per ipsum pontificem praefigendis ipse d. patriarcha non solveret: nec non ad supplicandum eidem, ut super residuo dicti debiti non soluti dignaretur dilationem aliquam concedere.

A. N. U. [794.]

1332. 10. Maii. Utini. Officium camerariae ecclesiae Aquilejensis cum plebe Puzzoli sibi connexa, dominus Paganus patriarcha confert, obtentu meritorum suorum, d. Johannino q^{m}. d. Muschini de la Turre.

A. N. U. [795.]

1332. 18. Maii. Utini. Gratia vini et muta Aquilejae venduntur ad duos annos d. Federico de Savorgnano, Henrico q^{m}. Mathiae de Carnia, Philippussio q^{m}. Raincrotti de Venzono et Bertholino de Urbino pro sexcentis et viginti marchis. B. M. U. [796.]

1332. 23. Maii. In castro Glemonae. Paganus patriarcha investit Hermanum de Muja, filium d. Jacobi dicti Fantussii de la Fratina, de habitantia in s. Vito et de aliis bonis feudalibus, quae q^{m}. Zaninus de Septimo habuerat ab ecclesia Aquilejensi, et quae Carismanus q^{m}. Bonus ejus consanguineus in manibus d. patriarchae refutavit.

B. M. U. [797.]

1332 . . . Mense Junii Brixienses inter se discordes. Gibellini tractabant dare civitatem capitaneo Mediolanensi, sed Welphi propendentes pervenerunt et tradiderunt eam dominis Alberto et Mastino de Scalis. Sed Gibellini cum Teutonicis, qui erant pro rege Bohemiae in civitate, ei prius per utramque partem tradita, habuerunt recursum ad castrum supra civitatem. Tandem pro pecunia non modica restituerunt castrum salvis bonis et personis die sabbati quarto intrante Julio.

Odoricus a Portunaono. — C. M. R. [798.]

1332. 7. Junii. Utini. Conducti fuerunt in broylo d. Federici de Savorgnano lapides causa ponendi eos in cassa Manganellae, quae ibi probata fuit qualiter projiciebat, antequam ducerctur Castellerium, quo missa fuit una cum duobus curribus portantibus ballistras, papesios et alia necessaria. Et eodem die missi fuerunt nuntii cum duabus litteris ad sciendum et requirendum, si per dominam comitissam Goritiae et per illum de Duino praeberetur auxilium illis de Castellerio.

Ex libris camerariorum. [799.]

1332. 19. Junii. Utini. Omnes et singulus homines, mercatores et subditus d. Henrici purgravii in Weldz venientes in districtum Forijulii causa emendi vel vendendi, seu alia negotia peragendi, d. Paganus patriarcha per se et subditos suos in bonis affidat et personis.

A. C. C. [800.]

1332. 20. Junii. Utini. Magister Jacobus Marangonus laboravit sex diebus ad faciendum scalas domus magistri Manini, super qua fit

consilium, et ad segandum sealerios dictae scalae et pojolum in capite dictarum scalarum. Ex libris camerariorum. [801.]

1332. 29. Junii. Utini. Guirussius manualis laboravit quatuor diebus ad requirendam terram et actandam et implendam foveam infra palatium communis et domum consilii.

Ex libris camerariorum. [802.]

1332. 30. Junii. Utini. Per d. gastaldionem et homines consilii ordinatum fuit, quod emantur sexaginta assides occasione faciendi bancas super domo concilii, quia non habebant, ubi possent sedere, quando faciebant consilium. Ex libris camer. [803.]

1332. 30. Junii. Utini. Rizardus staderarius aptavit stateram magnam communis, cum qua ponderatur foenum, caseus et alia necessaria. Ex lib. camer. [804.]

1332. 8. Julii. Utini. Stephanus de Mediolano, cursor d. patriarchae, dedit et assignavit quasdam litteras, quas attulit de Romana curia, in quibus Johannes XXII. pontifex ordinabat per d. Gospertum archiepiscopum Arelatensem et ejus camerarium, quod de omnibus summis per ipsum d. patriarcham debitis tam ratione sui communis servitii, quam servitiorum familiarium et officialium, praefatus d. patriarcha a die sexta mensis Aprilis anteacti in antea continue computando persolvat anno quolibet duo millia florenorum auri. Et sic deinceps annis singulis, quousque de omnibus praelibatis summis per eum debitis fuerit integre satisfactum.

Quibus distincte recensis dominus archiepiscopus antedictus a suspensionis, interdicti et excommunicationis sententiis, a reatu perjurii ac poenis aliis, in quibus dicebatur incurrisse, auctoritate sibi tradita d. patriarcham absolvit. A. N. U. [805.]

1332. 9. Julii. Utini. Paganus patriarcha, receptis litteris absolutionis, innovavit et confirmavit omnes collationes, sententias, processus et actus quoscumque factos per ipsum et vicarios suos in curia sua usque ad praesentem diem, volens ipsos ejusdem roboris ac valoris existere, ac si praesentialiter fierent. B. M. U. [806.]

1332. 10. Julii. Utini. Cum Fedreginus de la Turre capitaneus, consilium et commune Glemonae ad sanationem debitorum suorum imposuissent quandam collectam, et multi ultra juris debitum et eorum possibilitatem gravabantur; d. Paganus patriarcha mandat eidem capitaneo, consilio et communi, quatenus eligantur sex ex discretioribus hominibus dictae terrae, qui sacramento adstricti collectam antedictam

pro cujusque viribus imponant. et si inter eos non fuerint concordes, ipsemet patriarcha eos cunponet. Et ne saeviant in illos, qui super hac re ad eum habuere recursum, meminerint illos cum eorum bonis sub sua protectione esse positos. A. N. U. [807.]

1332. 18. Julii. Coram d. Pagano patriarcha Aquilejensi d. frater Leupoldus abbas monasterii Obremburgensis in recompensationem et retributionem gratorum obsequiorum per d. Johannem de Planchestayn, archidiaconum Seoniae, sibi et dicto monasterio fideliter impensorum, dare stetit et promisit eidem, quoad vixerit, anno quolibet in festo s. Martini septuaginta marchas denariorum. Et d. patriarcha promissionem eandem laudavit, ratificavit et confirmavit, suam interponens auctoritatem et judiciale decretum. B. M. U. [808.]

1332. 9. Augusti. Utini. D. Paganus patriarcha ad supplicationem d. Pancerìae de la Turre capitanei, ac communis et hominum de Montefalcono pro honore et utilitate ipsius terrae et incolarum ejus ac ceterorum adjacentium locorum concessit eisdem de Montefalcono mercatum publicum et universalem, faciendum semel in anno in festo s. Michaelis de mense Septembris, et per tres dies immediate sequentes ad modum nundinarum prope ipsum locum de Montefalcono, ubi dicitur ad Fontanas, juxta ecclesiam s. Michaelis, quae est monasterii de Rosaceo; statuens et ordinans, quod universi, undecumque existant et cujuscumque conditionis, dum tamen non sint publici latrones aut banniti patriarchatus Aquilejensis, venientes ad hujusmodi mercatum sive nundinas sint salvi et securi cum omnibus bonis et rebus suis, et sub protectione ipsius d. patriarchae et ecclesiae suae Aquilejensis in veniendo, stando et redeundo, non obstantibus quibuscumque rapressaleis alicui personae quacumque occasione, aut sub quavis forma verborum concessis. Et ad majorem firmitatem dictus d. abbas Rosacensis, ad cujus monasterium pertinet locus praedictus, in quo ordinatum est fieri dictum mercatum, suo et ejusdem monasterii nomine consensit. Propter quod idem d. patriarcha voluit et ordinavit, ut massarii ejusdem monasterii, qui morantur circa ipsam ecclesiam, si aliquo tempore imponeretur datium super rebus aliquibus, quae venderentur aut emerentur in ipso mercato, non teneantur solvere aliquid pro rebus suis, quas ibi venderent, aut pro illis, quas emerent pro suis usibus. B. M. U. [809.]

1332. 9. Augusti. Utini. D. Paganus patriarcha concessit d. Pancerìae q^{m}. d. Napini de la Turre de Mediolano pro se et fratribus suis rapressalias contra Florentinos debentes ipsis fratribus et haeredibus

certas pecuniae summas pro stipendiis dicti q^m. patris sui; super quibos saepius requisiti et saepios in communi per litteras ejusdem d. patriarchae, nullam dicti haeredes solutionem potuerunt obtinere.

B. M. U. [810.]

1332. 20. Augusti. Utini. In burgo superiori in canipa cujusdam de villis, ac etiam sub moote filiorum d. Federici de Andriottis dicebatur esse quidam fons. Idcirco causa inveniendi aquam laboratum est hinc et illinc cum duobus palis de ferro per varios dies, et factae fuerunt magnae foveae;- quinimo ad petitionem quorundam Tuscorum missae fuerunt Florentiam litterae cuidam magistro, ut veniret, et manu et consilio operam juvaret. At cum aquam tamdiu optatam frustra quaesivissent, octo laboratores occupati fuerunt per quatuor dies ad reportandam terram et obstruendas foveas hac de causa factas.

Ex libr. camer. [811].

1332. 24. Augusti. Utini. Thomasinus Tamesarius et Spontonus missi fuerunt Tarvisium causa inquirendi de novis dominorum de la Scala, qui dicebantur velle mittere gentem suam in terram Forijulii, et ordinatum fuit eisdem, quod si aliqua nova scirent, unus ipsorum statim Utinum veniret ad narranda praedicta, et alter remaneret ibidem, ut posset melius inquirere veritatem. Eadem de causa missus fuit Henricus cursor Cavolanum et Sacilum, et Bordonus praeco Serravallum, Ceactam et Coneglanum. Ex libr. camerar. [812.]

1332. 31. Augusti. Utini. In generali colloquio Utini in sala inferiori patriarchalis palatii congregato, postquam d. Paganus patriarcha declarasset, qua de causa colloquium convocaverat et specialiter super custodia et defensione terrae Forijulii et locorum ecclesiae Aquilejensis, propter verba, quae insonuerunt de apparatu et adventu dominorum de la Scala, ac etiam denuntiasset ambasiatam d^{ae}. comitissae Goritiae super oblatione aut proferta, quam dicta domina fecit d. patriarchae et nobilibus Forijulii pro defensione totius patriae tam Forijulii quam comitatus Goritiae, petiit a circumstantibus, quid consulebant, quidve esset agendum. Qui electis oodecim inter eos, qui consilio patriarchae adessent, voluerunt quod, quidquid per eos ordinatum et statutum fuisset, valeret, teneret ac executioni mandaretur, ac si per totum colloquium factum esset.

Recedentibus igitur omnibus de colloquio, et remanentibus cum d. patriarcha illis undecim consiliariis antedictis, firmatum fuit ibidem et ordinatum, quod

I. Impositio militiae fiat universis de Forojulio secundum impositionem alias factam, et mandentur litterae universis, quod se praeparent equis et armis juxta ad proximnm festum s. Matbaei apostoli. Monstra autem fiat in crastinum s. Michaelis in Campoformio, et boc mandetur tam praelatis, capitulis, monasteriis, decanatibus, quam aliis.

II. Pro unaquaque decena omnium villarum imponatur unus pedonus, et sit munitus aicut decet, et sint et parati esse debeant in locis, sicut mandabitur eis, cum tempus ingruerit.

III. Omnes cortinae de Forojulio vacuentur et devastentur, quam citiua fieri poterit, quae si non vacuentur, bona, quae intns aunt posita, auferri licite possint ab unoquoque.

IV. Si contingat dominos de la Scala velle intrare terram, permittatur; at habeatur gens armigera forensis, et maxime illa de Petovia, expensis communibus, secundum numerum, qui sibi videbitur pro defensione totius terrae.

V. Regratietur d^a. comitissa de proferta sua benevola et gratiosa, et respondeatur ei, quod mittat nuntios auos ad consilium d. patriarchae die decima proxima pro complendis bis, quae dicta sunt pro sua et nostra defensione. A. C. U. [813.]

1332. 6. Septembris. Utini. D. Pagauns patriarcha simul cum consiliariis suis, juxta potestatem eis traditam per generale colloquium, pro se ipsis et ecclesia Aquilejensi ac fidelibus et servitoribus suis ex una parte, et domini Jacobus de Cormono, Volvinua de la Turre et Albertus scriba pro d^a. comitissa Goritiae, juxta potestatem eis traditam per eandem dominam comitissam pro bonore et defensione status utriusque dominii ex altera, fecerunt et inierunt ligam et unionem invicem firmam et bonam perpetuo duraturam contra quascumque personas volentes offendere, invadere et usurpare terras et bonores et bona ecclesiae Aquilejensis et comitatus Goritiae, vel eis guerram movere, et maxime contra dominos de la Scala, qui dicuntur ad boc velle intendere. A. C. U. [814.]

1332. 6. Septembris. Utini. Tobias de Utino de voluntate d. gastaldionis et consilii deputatus fuit ad faciendam turrim portae burgi Civitatensis. Ex libr. camerar. [815.]

1332. . . . Septembris. Utini. Marcus Petri Baldini cum uno ejus socio de mandato d. gastaldionis et consilii stetit supra turrim castri Utini pro custodia facienda, quando dicebatur, quod domini de la Scala intendebant Forumjulium venire diebus octo. Ex libr. camer. [816.]

1332. 12. Septembris. Utini. Pro solvendis debitis, quae habebat cum Romana curia Paganus patriarcha, subventus fuerat a d. Sagino de Parma, qui in Civitate Austriae morabatur, de certa pecuniae quantitate; ideo dictus d. patriarcha concessit eidem d. Sagino gastaldias de Manzano et de Ajello ad duos annos cum garittis, redditibus, proventibus et juribus universis. Et capitulum Aquilejense, videns manifestam necessitatem d. patriarchae, concessioni hujusmodi suum consensum praebuit pariter et assensum. A. N. U. [817.]

1332. 12. Septembris. Utini. Articus de Castello, episcopus Concordiensis, de mille et triginta novem floreuis auri d. Bertrando apostolicae sedis legato pro residuis ejus procurationis satisfacere tenebatur; de quibus nongenti et decem octo floreni dari debebant pro stipendiis d. Conrado de Goritia, qui in servitio dictae ecclesiae diutius militaverat: sed dictus d. episcopus morte praeventus onus sibi impositum adimplere non potuit. Ideo frater Johannes abbas monasterii Rosacensis de mandato dicti d. legati mandat d. Guidoni, qui successerat dicto d. Artico in onere et honore, quatenus sub poena suspensionis, excommunicationis et interdicti infra Kalendas Octobris proxime venturas supradictam pecuniam solvere debeat. B. M. U. [818.]

1332. 13. Septembris. Utini. In consilio generalis colloquii provisum fuit et ordinatum quod, cum facto computo decennarum, quae datae erant in scriptis, inventae essent duo millia et quindecim cum dimidia, pro uno pedone, si expedierit, eligantur duo de qualibet decenna. Sicuti autem militia imposita infra tam modicum tempus sibi datum equos parare congrue non potest et decenter monstrae ordinatae interesse, ejus terminus, qui erat die ultima Septembris, prorogatus fuit ad primam diem Novembris venturi. Qui vero non interuerint dictae monstrae parati equis et armis, sicut decet militi aut ballistario, incurrent poenam infrascriptam, videlicet pro unoquoque elmo deficiente dictae monstrae accipiatur poena unius marchae, et deinde pro unoquoque die subsequenti, si defecerit, poena quadraginta Frixachensium. De balliatario autem, qui defecerit in monstra, pro unoquoque die accipiatur poena dimidiae marchae, et deinde singulis subsequentibus diebus, quibus defecerit, viginti Frixachensium. Quae poena nemini pareatur, sed plene modis omnibus exigatur. A. C. U. [819.]

1332. . . . Septembris. Utini. Orta quaestione inter nos et d. Nicolaum de Castello plures spiae missae fuerunt Castellum ad inquirendum, si verum esset, quod quidam magnus tractatus per quamplures

de Forojulio fiebat ibidem, et si gens, quae ibi colligebatur, contra nos arma sumeret, ut sciremus nobis praecavere. Cum vero d. Nicolaus praedictus ivisset Turridam, Mathias praeco missus fuit per Utinenses Sedejanum ad inquirendum, quid agere intendebat, et de quantitate ejus gentis. Sclavutius cum uno praecone ivit circumquaque terram Utini ordinando peditibus et equitibus, qui pararent se armis et aliis necessariis causa eundi Turridam contra d. Nicolaum de Castello. Venerius praeco missus fuit ad capitaneum Faganeae, ut cum armigeris suis Utinum venire deberet, et alii nuntii missi fuerunt Cividatum, Glemonam, Zuculam et Valvasonum ad requirendum ab eis auxilium, si fuerit opportunum. Conradus Bojanus et magister Andreas Trombetta de mandato d. gastaldionis et consilii iverunt cum Utinensibus contra d. Nicolaum de Castello. Ex libr. camer. [820.]

1332. 1. Octobris. Utini. Mussius fornator donatus fuit de quinque brachiis stametti viridis coloris, eo quod portavit Utinum novam, quod d. Nicolaus de Castello captus fuerat apud Turridam. Et illico ex parte d. gastaldionis et consilii litterae missae fuerunt hac et illac amicis nostris, notificando eisdem victoriam habitam contra d. Nicolaum de Castello. Panis vero, qui mitti debebat Turridam ad nostras gentes, cum amplius illis non esset necessarius, de mandato d. gastaldionis et consilii datus fuit pauperibus amore Dei. Ex libr. camer. [821.]

1332. 4. Octobris. Utini. Vacante monasterio s. Petri in Silva Parentinae diocesis, subjecto immediate patriarchae Aquilejensi, per mortem fratris Conradi olim ejusdem monasterii abbatis, Paganus patriarcha fratrem Nicolaum priorem monasterii Mosacensis in abbatem s. Petri praedicti praefecit pariter et instituit, ipsumque per annulum suum de abbatia et regimine ipsius monasterii praesentialiter investivit. A. N. U. [822.]

1332. 8. Octobris. Utini. Paganus patriarcha treguas, quas fecerat usque ad proximum festum s. Martini cum communi et hominibus de Villacco aliisque subditis ecclesiae Bambergensis, prorogat eisdem pactis et conditionibus a dicto festo s. Martini usque ad unum annum proxime subsequentem, volens quod universi de Villacco ceterique subditi ecclesiae Bambergensis per terras et loca Aquilejensis ecclesiae cum mercandiis, rebus et personis suis ire, stare et redire possint libere et secure. A. N. U. [823.]

1332. 22. Octobris. Utini. Paganus patriarcha cum uno capucio, quod in suis tenebat manibus, investit Philippum de Artenea de eisdem

feudis habitantiae, quae q^m. Johaones pater ejus habuerat ab ecclesia Aqoilejensi, videlicet de domo seu castro inferiori Arteneae, de duobus mansis sitis in Campoformio, et de duobus aliis sitis in villa de Runchis gastaldiae Sorphimbergi. A. N. U. [824.]

1332. 28. Octobris. Utini. Rubeus cursor mittitur Tricesimnm, Glemonam et s. Danielem, requirendo illos nostros amicos, ot nobis veoireot consultum super facto respondeodi homioibos de Forojulio circa oegotium d. Nicolai de Castello. Ex libr. camer. [825.]

1332. . . . Novembris. Manfeus Cramis existens io Tergeste notificavit nobis suis litteris, dominos Fedcricnm et Bartholomaeum comites de Vegla venire cum suis Cravattis ad partes Forijulii. Hinc missi illico fuerunt nuntii Rayfemberch et Goritiam ad inquirendum de gente dictorum comitum et ad videndum, si ibi fieret varnimentum causa veniendi super damnis nostris. Missus fuit etiam unus de Poscollo, qui portavit litteras Serravallum d. Rizardo Novello super facto concordii d. Nicolai de Castello. Ex libr. camer. [826.]

1332. 3. Novembris. Utini. D. Paganus patriarcha volens sibi et suae ecclesiae utilem et fidelem vassallum acquirere, et praestitis servitiis grato affectu complacere, d. Pertoldum de Traberch commorantem in Mels de habitantia Tricesimi, quam Petros dictus Borella de Pergamo in suis manibus resignaverat, per quoddam capucium liberaliter investivit. . C. P. [827.]

1332. 5. Novembris. Utini. Paganus patriarcha videns, quod collisellus montis Ivilini, quamvis omni cultura totaliter vacuus, fortis erat tamen et aptus ad fortificandum in tantum, quod si ad alicujus aemuli ecclesiae Aquilejensis manus perveniret, de levi dicta ecclesia damna et dispendia plurima posset incurrere, sicut tempore illius de Cauriacho, tnnc ecclesiae praedictae rebellis, patuit evidenter: volens idcirco futuris periculis provide obviare, concessit dominis Hendrico, Hermano et Francisco q^m. d. Mathiae de Carnia Utini commorantibns, quod possent ibidem aedificare turrim, et domos, et alia fortilicia pro defensione ecclesiae Aquilejensis et offensione inimicorum ejus, et praefatnm d. Hermanum, pro se et dictis suis fratribns recipientem, de praedicto loco et collisello Ivilini jnre feudi habitaotiae gratiose et liberaliter investivit, ita tamen qnod fratres praedicti et haeredes eornm teneantur et debeant ipsi d. patriarchae et suis successoribns ac nuntiis pro defensione ecclesiae Aquilejensis et offeosione inferenda eandem ecclesiam inimicantibus, aut alias causa solatii et animi sui recrea-

tione aperire dictum locum et claudere, quandocumque et quotiescumque casus occurrerit aut ei placuerit, nec massarius ecclesiae Aquilejensis aut habitantes in partibus illis aut transeuntes quoquo modo gravare ac violentias in bonis et personis ipsis inferre.

B. M. U. [828.]

1332. 12. Novembris. Utini. Paganus patriarcha mandat Artico, Fantino et Hendrico de Prampergo, quatenus hinc ad octo dies coram eo Utini compareant excusaturi se, si poterunt, de spoliis et detentionibus mercatorum nuviter per eos factis. A. N. U. [829.]

1332. . . . Novembris. Utini. Cum Cravatti jam pervenissent in Forumjulium, mandatum fuit capitaneo Faganeae et armigeris de Petovia, ut venirent nobis in auxilium, et hoc idem mandatum fuit Conrado Boyani, Petro de Toppo, Nicolao de Butinstayn, hominibus et communi de s. Vito et aliis. Emptae interea fuerunt octo mazae cucularii, cum quibus facti sunt pinelli et banderiae communis. Factae etiam de novo fuerunt novem lumeriae pro capitibus de quarterio, et empti trecenti et sexaginta cullatii de sepo pro lumeriis, quae datae fuerunt hominibus facientibus custodiam in terra Utini, et equitibus, qui ibant de nocte ad faciendam custodiam per villas Utini, ne Cravatti, qui erant Reanae et dicebantur venire sub Utinum, aut alii venissent furtim ad nos offendendum. Relatum fuerat nobis, quod Federicus comes de Vegla iverat in Hungariam pro gente, et quod promissum ei fuerat auxilium, sed non datum. Bartholomaeus autem ejus frater et Cravatti stabant Reanae. Quapropter Marcus filius Petri Baldini cum uno ejus socio steterunt speculantes supra turrim castri Utini viginti quatuor diebus ac noctibus, et duae guardiae supra turrim campanarum castri simili de causa, dum alia stabat per sex dies super muro Nicolussii et d. Andriuttia causa intimandi ea, quae dicebant illi, qui custodiebant turrim castri, quia audiri non poterant propter rumorem gentium. Et claves portarum datae fuerunt d. Federico de Savorgnano.

Ex libr. camer. [830.]

1332. 29. Novembris. D. comes Bartholomaeus filius d. Federici comitis de Vegla venit Goritiam cum magna gente, ubi fuerunt cum eo d. comes Henricus de Ortemburg et Volvinus de Steyberch, habens castrum Arispergi in servitio domus de Castello, et combusserunt Risanum, et steterunt in Reana, ita quod omnibus equis computatis fuerunt septem millia equorum in obsidione Utini; et tamen finaliter facta fuit pax. Interim d. Nicolaus de Castello et certi Ungari cum eo

capti per Utinenses, die Mercurii post elapsum diem s. Michaelis in Turrida fuerunt libere relaxati, damnis binc inde factis cassatis: sed d. Nicolaus fecit securitatem de quingentis marchis pro pace nbservanda, et juravit utraque pars, et fecit securitatem de snlvendis septuaginta tribus marchis pro expensis factis in carcere, in domo d. Federici de Savorgnano in Utino positis in ferris ad pedes, in die s. Andreae, pront egn Stephanus vidi et sibi locutus fui. Et d. Paganus patriarcba tempore dictae guerrae stans iu Utino habuit ad pedem, ut vidi, et atetit bene per mensem cum gutta. C. P. [831.]

1332. . . . Decembris. Utini. Guecellus notarius communis ivit Reanam pluribns vicibus super facto concordii inter d. comitem Bartholomaenm et cnmmune Utini.

Piva cursnr de Pnstcolle portavit litteras ex parte communis Serravallum d. Rizardo Novello, significandn sibi de concnrdio facto inter cnmitem Barthnlnmaeum de Vegla et homines de Utino.

Una spia missa fuit cum exercitu Cravattnrum, quaudo recesserunt de Fornjulio, ut iret Reyfemberch et inquireret de nnvis.

Petrus de Butrio et Odoricus Minlitte emerunt ligna, sargale et alia necessaria ad faciendum, quod rnya, quae fracta fuerat a Cravattis, Utinum pervenisset. Ex libr. camer. [832.]

1332. 15. Decembris. Utini. D. Paganns patriarcha fecit et constituit ejns prncuratorem d. Znnfredinum de Opprenn, ejus vicednminum, ad petendnm et exigendum a d. Francisco Danduln, duce Venetiarum, illas ducentas et viginti quinque marcbas, quas eidem d. patriarchae et ecclesiae Aquilejensi praedicti d. dux et cnmmune Venetiarum dare tenentur in Kalendis mensis Martii proxime venturi, secundum pacta inter eos inita pro juribus Istriae. A. N. U. [833.]

1332. 17. Decembris. Utini. Utussius q^m. d. Guicardi ivit Glemonam ex parte communis significatum communi et bominibus de Glemona de conditione d. patriarchae, qualiter graviter se habebat.

Ex libr. camer. [834.]

1332. 18. Decembria. Utini. Eadem die de nocte migravit ad dominum d. Paganus patriarcha. B. M. U. [835.]

1332. 19. Decembris. Utini. Nuntius missus fuit communi et hnminibns Glemnnae, significando eisdem de morte d. patriarchae, ut praecaverent aibi et providerent de cnrum statu: et ea de causa alius nuntius missus fuit Maranum: et Mampheus olim d. Ambrnsii missus fuit dicta die hnra tardiva Cucaneam ad d. Odoricum, ut Utinum ve-

niret super facto provideudi, quid esset agendum, quia d. patriarcha mortuus erat. Ex libr. camer. [836.]

1332. 20. Decembris. Utini. D. Gerardus filius d. Odorioi militis de Cucanea rogavit et requisivit instanter dominos Fransiscolum, Carlevarinm, Antoniolum et Johannellum de la Turre, nepotes quondam d. Pagani patriarchae, per se et illos de domo de Cucanca, ut juxta sui juris debitum ipsi d. Gerardo assignarent sigilla ipsius d. patriarchae et cameram ejus. Qui domini introduei fecerunt ipsum d. Gerardum ad cameram ipsius d. patriarchae, et assignari fecerunt sibi duo sigilla argentea, unum magnum et aliud parvum, ligata simul cum quadam catenella argenti, et quidquid erat in camera praedicta, videlicet quoddam materscium, duae lecteriae, aliquae banchae et una capsa vacua. Et tunc ipse d. Gerardus in praesentia praedictorum testium et aliorum quamplurium dicta duo sigilla confregit in pluribus partibus. [837.]

1332. 23. Decembris. Protestationes d. comitis Goritiae et dominorum de Spegnimbergo, quod bona omnia canipae d. patriarchae ad eos spectent. Bellonus. — B. M. U. [838.]

1332. . . . Decembris. Utini. Philippussius, Johannes notarius et Nicolussius magistri Conradi missi fuerunt Villaltam ad colloquium castellanorum, occasione providendi de statu pacifico terrae Forijulii.

Unus nuntius missus fuit Glemonam, ut mitterent ambaxiatores Utinum causa eligendi unum vicedominum, qui manuteneret terram Forijulii in pace. Et litterae ea de causa missae fuerunt capitulo Aquilejensi et d. abbati de Bellinio.

Frater Jacobus Zurcelluttus de ordine praedicatorum missus fuit cum uno socio Bononiam ad d. legatum super negotio d. patriarchae, qui defunctus erat.

Intimatum fuit d. Johanni Francisco de Castello, qui erat in obsidione terrae Marani, ut sibi placeret abinde recedere.

Ex libr. camer. [839.)

1332. Tanta fuit abundantia bladi et vini, quod frumentum valebat viginti solidos parvorum ad mensuram Venetorum: siligo sexdecim: avena decem et vinum quatuordecim pro urna ad mensuram Portusnaonis. In praecedenti anno bladum in simili foro, sed urna vini valebat duodecim grossos, milleum sex grossos, tres surgus, et avena quinque grossos. Odoricus a Portunaon. — C. M. R. [840.]

1333. 4. Januarii. Utini. Nicolussins magistri Conradi ivit Bononiam ex parte communis ad d. legatum ad supplicandum eidem, ut providere deberet de statu terrae Forijulii, et mitteret personam sufficientem ad regendam terram Forijulii. C. F. [841.]

1333. 7. Januarii. Venetiis. Dux et commune Venetiarum respuunt petitionem communis et hominum Portusgruarii, quae continebat, quod placeret ducali dominio permittere, quod possent cum sua laude levare vexillum b. Marci in eorum terra, et suscipere eam in sua protectione et custodia. Ex cod. dipl. Portusgruarii. [842.]

1333. 17. Januarii. Utini. Petrus de Galliata et Gulielmus decanus Aquilejensis deputati per d. legatum ad conservationem et gubernationem patriarchatus Aquilejensis convocant Utini generale colloquium, in quo publicatis vulgariter litteris commissionis ipsius d. legati et aliis litteris per eum missis praelatis, liberis, ministerialibus et communitatibus, petierunt ab eisdem, quid inde esset agendum. Et ibidem deliberatum fuit et firmatum, quod

I. Summae gratiae agantur d. legato pro tanta affectione, quam ostenderat ecclesiae Aquilejensi et servitoribus suis, et mittantur ad ipsum super hoc ambaxiatores speciales.

II. Provisio et capitaneatus dentur filio d^ae^. comitissae Goritiae pro conservatione totius terrae Forijulii: et consiliarii electi per nobiles et universos de Forojulio, et deputati d^ae^. comitissae ad consulendum super factis ecclesiae Aquilejensis, confirmentur in praesenti colloquio.

III. Eligantur quoque alii consiliarii et deputentur ad consulendum dominis vicariis antedictis, cum quibus ordinent et statuant illud, quod eis videbitur pro meliori tam super tractatu habito cum d^a^. comitissa, quam super facto ambaxiatorum ad d. legatum mittendorum, nec non super facto Sacili et Glemonae, et super aliis, quae reformatione indigent, contingentibus statum ecclesiae Aquilejensis et totius Forijulii, volentes quod, quidquid facerent et ordinarent, valere debeat, et plenum robur obtineat, ac si per totum colloquium factum esset.

Electi igitur fuerunt novem ex dicto colloquio, qui supradictis dominis vicariis et conservatoribus consilio assisterent, omnea more solito praestito juramento, et adhibitis etiam quibusdam aliis, qui integritatis et prudentiae non mediocrem sibi laudem consciverant, in saletta, ubi fieri solent colloquia, simul convenerunt ibique consultum et ordinatum fuit, quod

I. Eligantur duo ambaxiatores et ex parte totius colloquii mittantur statim ad d. legatum causa agendi gratias eidem de magna affectione, quam ostendit ecclesiae Aquilejensi et servitoribus suis, et exponendi casus, conditiones et pericula, in quibus versatur, aut quae incumbunt toti terrae Forijulii: supplicantes quod dignetur sollicitudines suas apponere, ut ecclesia Aquilejensis cito provideatur de pastore et duce bono atque utili, et si opus fuerit, ad d. papam ire quoque non praetermittant.

II. Cum difficile admodum sit stratas custodire, ita ut mercatores ire possint securi, domina comitissa, seu filius ejus habens regimen capitaneatus, juxta tractatum et ordinamentum factum ante adventum istorum vicariorum cum salario sibi ordinato, ad quod dicti domini vicarii consenserunt dicentes, quod sic erat de consuetudine patriae; praefati consiliarii nolebant obviare ordinationi praedictae, sed de modo et forma dandi dictae dominae salarium dicebant se debere intromittere, cum ageretur de bonis, quae erant ecclesiae Aquilejensis.

III. Cives de Glemona, qui sunt in Utino et mittuntur ad certa confinia de mandato capitanei et consilii Glemonae, quique conqueruntur se molestari indebite, remaneant in Utino de mandato dominorum vicariorum, qui quam citius possent, se fatigent usque Glemonam pro reformatione dictae terrae, et ibidem inquirant et videant, in quo deliquerunt cives praedicti de Glemona, qui sic contra justitiam gravari conqueruntur, ut secundum eorum delicta puniantur; scribentes capitaneo et consilio Glemonae, quod interim nullam inferant novitatem contra ipsos.

IV. Pro bono pacis et pro quiete ecclesiae Aquilejensis et totius terrae Forijulii domini vicarii se fatigent usque ad Civitatem ad conferendum cum d^{a}. comitissa, sperantes quod si conveniant ad invicem, omnia provehantur per ordinem, et quod super facto Sacili poterunt cum ipsa utilius providere.

Nolentes igitur dicti domini vicarii deviare a consilio sibi dato, consenserunt, rogantes consiliarios suos praedictos, quod ipsos debeant associare, et esse cum eis apud dominam comitissam super ordinatione omnium praedictorum, et sic ordinatum et firmatum fuit.

A. C. U. [843.]

1333. 1. Februarii. Glemonae. Petrus de Galliata et Gulielmus decanus, vicarii et conservatores patriarchatus Aquilejensis, multos jam inierant tractatus pro recuperatione castri de Glemona, et multa etiam

experti fuerant nunc cum d. Fedrigino della Turre dicti castri detentore, nunc cum hominibus praefatae terrae, qui in praedictis ausi non sunt eisdem assistere tam propter potentiam dicti d. Fedrigini, quam etiam propter defectionem quorundam aliorum civium dictae terrae, administrationem eisdem impedientium aut negantium, et propterea nihil adhuc ab illis obtinere potuerant. Quapropter ne tantae rebellionis excessus impunitus remaneat, dicti d. vicarii et conservatores mandant plebano s. Mariae de Glemona, quatenus dictam terram Glemonae cum omnibus aedificiis circumquaque positis, per omnes pertinentias et circumferentias ipsius ecclesiastico supponat interdicto.

D[r]. Barnaba. [844.]

1333. 14. Februarii. Dextrarius valoris sexaginta marcharum Frixachensium datur cum cooperta dominis de Tricano et de Murutio, qui habent officium portandi banderiam ecclesiae Aquilejensis.

Bellonus. — C. P. [845.]

1333. 15. Februarii. Utini. Petrus de Galliata et Gulielmus decanus, conservatores et gubernatores patriarchatus Aquilejensis, mandant Gratiano de Asono suo canipario in Utino, quod ex parte ipsorum praecipiat universis et singulis habentibus feudum ministerii saccorum ab Aquilejensi ecclesia, ut sub poena privationis feudorum et ministerii hujusmodi servire debeant eis, prout tenentur, cum equis secundum consuetudinem feudi et ministerii praedictorum; et quod die Jovis proxime ventura conducant equos, cum quibus servire debent, ad curiam castri patriarchalis Utini, ut eos equitare possent in Aquilejam, prout sibi expediebat.

C. P. [846.]

1333. 22. Februarii. In castro Goritiae. Domina Beatrix mater et tutrix d. Johannis Hendrici, Goritiae et Tirolis comitis ac terrae Forijulii capitanei, fatetur recepisse a dominis Petro de Galliata et Gulielmo decano, conservatoribus et gubernatoribus patriarchatus Aquilejensis, marchas centum et quinquaginta denariorum de redditibus gastaldiae Tulmini, et hoc pro plena et completa solutione salarii capitaneatus praedicti primi mensis.

A. C. U. [847.]

1333. 22. Februarii. In castro Goritiae. Congregato coram d[a]. Beatrice Goritiae et Tirolis comitissa consilio Forijulii sibi tradito per colloquium generale, d. Petrus de Galliata et d. Gulielmus decanus, conservatores et gubernatores ecclesiae Aquilejensis sede patriarchali vacante, requisiverunt dictam d. comitissam, ut ex officio capitaneatus Forijulii, quod gerebat nomine filii sui, compellere deberet illos de

Castello, de Ragonea, de Pincano, de castro Raymundi et omnes alios, qui nuper in stratis publicis expoliaverant mercatores, ut ablata restituerent. Quae d^a^. comitissa cum peteret ab astantibus, quomodo hoc facere posset, responsum fuit ei, quod omnibus hujusmodi praedonibus mandare deberet praecipiendo, quod ablata omnia mercatoribus quibuscumque libero restituere debeant infra terminum trium dierum: et si restitutionem ipsam non facerent, omnes praedones ipsos compellere debeat omnibus modis, quibus posset, ad restitutionem ipsam faciendam, etiam contra eos et eorum bona procedendo.

Insuper praefati domini conservatores requisiverunt dictam d. comitissam, ut sibi praestet auxilium et favorem ad recuperationem terrarum et castrorum ecclesiae Aquilejensis, quia si hoc non faceret, de salario centum et quinquaginta marcharum sibi promisso pro capitaneatu Forijulii satisfacere non poterant. C. F. [848.]

1333. 3. Martii. In Montefalcono. Conservatores ecclesiae Aquilejensis locant et concedunt d. Federico de Savorgnano capitaneatum de Montefalcono cum custodia dictae terrae ad unum annum. C. P. [849.]

1333. 11. Martii. Utini. Gulielmus decanus et conservator ecclesiae Aquilejensis locat et concedit ad unum annum d. Hectori de Savorgnano pro tribus partibus, et d. Hermano de Carnea pro quarta parte gastaldiam de Carnea, cum custodia castri Tumetii et castri Moscardi, garicto, redditibus et juribus quibuscumque ad ipsam spectantibus, pretio et foro octingentarum marcharum Frixachensium. A. C. U. [850.]

1333. 14. Martii. Glemonae. Propter contumaciam et rebellionem communis et hominum de Glemona, qui castrum et munitionem dictae terrae tradere recusabant, et de juribus ecclesiae Aquilejensis respondere, conservatores patriarchatus mandaverant per gastaldionem Carneae intromitti omnia bona, quae ipsi de Glemona in Carnea habebant. Nuper autem cum dictum castrum et ejus munitionem tradidissent intendentes de cetero ecclesiae Aquilejensi fideliter obedire, Gulielmus decanus et conservator intromissionem jam dictam revocat, et mandat officialibus ecclesiae Aquilejensis, ut bona hujusmodi dictis de Glemona libere restituantur. A. C. U. [851.]

1333. 15. Martii. Utini. Gulielmus decanus et conservator Aquilejensis locat et concedit ad unum annum d. Fantino de Pertinstayn, recipienti nomine d. Thomasii ejus patris, gastaldiam de Tricesimo cum

custodia castri dicti loci et garito ac omnibns juribus ad eam spectantibus, pretio et foro viginti quatuor marcharnm Aqnilejensium novorum.

C. P. [852.]

1333. 26. Martii. Utini. Consilium et commune civitatis Aquilejae, non obstante freqnenti requisitione et admonitione, recusaverant contumaciter respondere de juribus ad ecclesiam Aquilejensem spectantibns. Quapropter d. Gulielmus decanus et conservator in poensm eorum rebellionis declarat, civitatem Aqnilejae ecclesiastico interdicto esse suppositam. A. C. U. [853.]

1333. 28. Martii. Glemonae. Gnlielmus decanns et conservator ecclesiae Aqnilejensis committit ad unum annnm Leonardo Arcoliniano civi Utinensi cnstodiam et gastaldiam castri de Buja.

Dr. Barnaba. [854.]

1333. 29. Martii. Goritiae. Infrascripta snnt pacta facta et firmata inter d^{am}. Beatricem Goritiae et Tirolis comitissam nomine suo et d. Johannis Henrici ejus filii, capitanei terrae Forijulii, ex una parte, et d. Gulielmum decanum et conservatorem ecclesiae Aqnilejensis, d. Federicum de Savorgnano et commnne Utini et Glemonae ex alia.

I. D. decanns pro secundo termino capitaneatns snpradicti de mense Februarii dabit d^{ae}. comitissae centum et viginti marchas novorum promptas, qnae faciunt centnm et quinquaginta cum illis triginta marchis, quas dictus d. decanus nomine praedictae d. comitissae dedit d. Fnlchero de Flaspercb et ejns sociis.

II. Salarinm tertii mensis, id est Martii, maneat suspensum, nec d. decanns teneatnr ad ejus traditionem, donec procurante dicta d. comitissa gastaldiae et alia jura ecclesiae Aquilejensis, quae occupata tenentur, fuerint dicto d. decano plene et libere relaxata.

III. Pro quarto termino, id est mensis Aprilis, d. comitissa habeat centnm et quinquaginta marchas de gastaldia Tulmetii, quas d. Federicus de Savorgnano eidem d. comitissae solvet durante in officio dicto d. decano.

IV. Pro quinto termino officii capitaneatus d. decanus faciet, quod gastaldiones et alii, qui habent de juribus ecclesiae Aquilejensis et debent pro termino illins mensis solvere, veniant ad d. comitissam, et eidem promittant persolvere portionem illam, quam tenentur, et hoc valeat dicto d. decano in officio permanente.

V. Pro sexto termino dicti capitaneatns, id est mensis Junii, d. decanus faciet, quod d. Odoricus de Cucanea et d. Johannes de Villalta,

gaataldiones Tulmini, promittant eidem d. comitissae centum marchas, quae promissio fiat et valere intelligatnr semper dicto d. decano in officio permanente.

VI. D. decanns satisfaciet praefatae d. comitissae pro singulis concurrentibus de suo salario, donec ipse d. decanus permanaerit in officio, et alias non.

VII. D. decanus donec in dicto officio permanebit, astabit d. comitissae contra omnes personas in Forojulio usque ad adventum futuri patriarchae; et versa vice d. comitissa eidem d. decano in suo officio perdnranti usqne ad tempus praedictum astabit et eum juvabit contra omnes personas in Forojulio dumtaxat.

VIII. D. Federicus de Savorgnano astabit d. comitissae et eam juvabit contra omnes personas in Forojnlio: et idem d. Federicus et praefatus d. decanns facient et procurabunt, quod commune Utini et commune Glemonae astabnnt et juvabunt d. comitissam contra omnes personas Forijulii: et ipsa d. comitissa versa vice astabit et jnvabit d. Federicum, commune Utini et commune Glemonae contra omnes personas in Forojulio.

IX. D. Federicus inducet commune Utini ad promittendum, ut adveniente vicario patriarchae jnxta omne posse suum procnrabit agere, qnod ipse vicarius continue et singulis mensibus respondebit d. comitissae de salario sui capitaneatus usqne ad adventum domini patriarchae.
A. C. U. [855.]

1333. 29. Martii. Utini. Gastaldia de Mossa locatnr ad annnm d. Beatrici comitissae Goritiae super salario capitaneatus Forijulii de mense Maii proxime venturi ad computnm et pretium sexdecim marcharnm. C. P. [856.]

1333. 29. Martii. Utini. Gastaldia Flumiselli cum garito et quibuscumque juribns ad eam spectantibus locatur ad annum Henrico et Alberto notariis de Goritia pretio et foro vigintiquinqne marcharnm Frixachensium. A. C. U. [857.]

1333. 6. Aprilis. Utini. D. Matthiussius de Sorphimbergo rogat d. Gnlielmum decanum et conservatorem ecclesiae Aquilejensis, nt infra annum et diem a morte d. Nicolai ejus patrui eum investiret de qnibusdam bonis feudalibus jnre haereditario ad enm spectantibus. Cui d. decanus respondit, quod non spectabat ad eum investitura hnjusmodi feudorum, sed ipsam reservabat futuro patriarchae, ad quem solum credebat spectare investituram ipsam. C. P. [858.]

1333. 10. Aprilis. Gastaldia de Antro eum garieto et juribus quibusenmque ad eam speetantibna loeatur ad unum annum d. Philippo de Portis pretio et foro eentum et septnaginta mareharum, quarum medietas devolvatur d. eomitissae de Goritia super salario sui eapitaneatus Forijnlii. C. P. [859.]

1333. 26. Aprilis. Utini. Gulielmus decanus et eonservator eeelesiae Aquilejensis, enumeratis exeessibus a Glemonensibus eommissis, aeriter eos redargnit de eorum nequitia. Quare si ad eorum eorreetionem nolent intendere, significat eis, quod eonvoeabit statim generale eolloquium, in quo expositis ealamitatibus, aerumnis, turpitudinibus et enormitatibus eorum, quidqnid per eum consultum fuerit, adimplere eurabit. Cognovit enim, quod ex benefieiis eis faetis nihil alind retulit, quam perseeutiones et eonspirationes, et quod in eorum promissionibus nihil alind invenit, quam mendaeia, frandes et dolos.

Reeeptis hujusmodi litteris per homines de eonsilio Glemonae respondernnt, quod snper eontentis in eisdem deliberarent in pleniori eonsilio, et in brevi de pnneto in pnnetum d. decano seriose respondebunt. Gubertinus. — C. F. [860.]

1333. 24. Maii. Utini. Gastaldia Manzani enm garitto et juribus qnibnaenmqne ad eam speetantibus loeatnr ad annum dominis Henrieo, Squarzutto, Franeiaeo et Pertoldo de Manzano pretio et foro quinquaginta marcharum. C. P. [861.]

1333. 4. Junii. Utini. De mandato d. gastaldionis et eonsilii satisfit d. Conrado Bojano de Civitate de nno eqno sibi devastato apnd Dignannm tempore eaptionis illorum de Pinzano.

Mittuntur nnntii Cividatum ad notifieandnm vieinis nostris, qui iverant ad forum s. Quirini, nt eaverent sibi in redeundo.

Ex libr. eamer. [862.]

1333. 5. Junii. Utini. Nuntius missus fuit Glemonam ad d. viearinm cum una littera, notifieando sibi adventum illorum de la Seala.

Vnalehinus ivit eques enm uno pnero Saeilum ad d. Brizaliam scitnm de adventu illornm de la Seala ad has partes.

Ex libr. eamer. [863.]

1333. 10. Junii. Avenione. Guido deeanns Civitatensis et Heetor de Savorgnano, ambaxatores et nuntii pro negotiis eeclesiae Aquilejensis, contraxerant apud sanetam sedem pro suis neeessariis debitum eentum florenorum auri. Quapropter Johannes XXII. pontifex mandat Gulielmo deeano et eonservatori ecclesiae Aquilejensis, quatenus de

proventibus ecclesiae memoratae de praedictis centum florenis satisfacere eisdem non postponat. B. M. U. [864.]

1333. 10. Junii. Avenione. Johannes XXII. pontifex benigne recipit Guidonem decanum Civitatensem et Hectorem de Savorgnano ambaxiatores et nuntios ad eum transmissos, et clero, communitatibus, ceterisque fidelibus ecclesiae Aquilejensis respondet, quod propediem de idoneo pastore ecclesiam Aquilejensem providebit: hortaturque eos, ut in manutenendis, conservandis et defendendis ecclesiae memoratae juribus omnem industriam interim adhibeant atque studium.

Rubeis. [865.]

1333. 17. Junii. Utini. Francinus de Laude emerat anno praeterito a d. Pagano patriarcha copulaticum foeni, et sibi defecerant marchae novem cum dimidia et octo Frixachenses, quas exigere non potuit, ut ostendit per testes in gastaldia Manzani, quam tenebat d^a. abbatissa, soror dicti d. patriarchae, in gastaldia Nebulae, quam tenebat Gulielmus de Piscatz, sive Ottolinus de Goritia, et in gastaldia Fagaueae, quam tenebat ille de Petovia: quapropter concessum ei fuit, quod exigere posset copulaticum surgi usque ad valorem numeratae pecuniae. B. M. U. [866.]

1333. 20. Junii. In Civitate Austriae. Pro exigendis bannis et pecuniis, quas commune habere debet pro portis fractis et condemnationibus et aliis quibuscumque, infrascriptus est ordo, qui in rengo Civitatensi statutus fuit.

Exactores communis petant et exigant, quod commune habere debuerit a quacumque persona: quod si per eos fieri non poterit, habeant regressum ad d. gastaldionem et ad provisores communis, cum quibus impignorare valeant quoslibet delinquentes. Si vero aliquis eis praesumpserit resistere, tunc habeatur regressus ad quadrumviros ad hoc deputatos, videlicet Philippum de Portis de porta s. Silvestri, d. Paulum Boyani de porta Pontis, d. Gulielmum magistri Valteri de porta s. Petri, et Henricum Petri Fondani de porta Brossana, qui juramento teneantur astare officialibus et provisoribus ad exigendum et habendum, quod commune habere debet a resistentibus et rebellibus supradictis: et si necesse fuerit, omnes de consilio Civitatis, cum ad hoc fuerint requisiti, eis juramento astare teneantur. Quod si per eos forte non posset commode adimpleri, tunc ad sonum campanae ad martellum omnes equites et pedites de Civitate et districtu cum eorum armis re-

currere teneantur et debeant ad praedicta, ad hoc quod delinquentes in bonis aut personis puniantur, prout fuerit opportunum.

Praeterea quadrumviri praedicti cum provisoribus communis ad minus una die in qualibet hebdomada insimul debeant convenire ad providendum super bono statu terrae, et ut justitia observetur.

C. M. R. [867.]

1333. 25. Junii. Glemonae. D. Gulielmus decanus et conservator ecclesiae Aquilejensis investit per fimbriam suae clamidis ser Antonium de Clugia habitatorem Aquilejae de uno campo ministerii ad portandum scalas ad furchas civitatis, ita quod dictum officium facere teneatur.

A. C. U. [868.]

1333. 30. Junii. Bononiae. Bertrandus apostolicae sedis legatus scribit capitulo et canonicis ecclesiae Aquilejensis, quod cum Gulielmus eorum decanus et conservator existat in servitio patriarchatus, non minus dictae ecclesiae deservit, quam eorum quilibet in ipsa residendo; propter quod satis videtur conveniens, quod fructus recipiat ac si in ea personaliter resideret, et ideo sibi de bujusmodi fructibus, sicut uni ex ipsis, debent integre respondere. B. M. U. [869.]

1333. 3. Julii. In Civitate Austriae. D. Leonardus de Castronovo et Degenardus de Mimlglano investiuntur per annulum a d. Natale episcopo Emonensi de feudis, quae ipsi et eorum progenitores recognoverant habuisse ab ecclesia Emonensi. A. N. U. [870.]

1333. 7. Julii. In castro Faganeae. Domini Articus et Phamphinus de Prampergo pro se et Hendrico eorum fratre ac omnibus suis amicis, coadjutoribus et servitoribus fecerunt et prorogaverunt treguas, hinc ad proximum festum s. Michaelis, capitaneo, consilio, communi et hominibus de Glemona; quas promiserunt inviolabiliter observare sub poena quingentarum marcharum. Et d. decanus et conservator ecclesiae Aquilejensis, nomine dictorum capitanei et consilii, fecit eisdem similes treguas. B. M. U. [871.]

1333. 8. Julii. Utini. Nicolussius magistri Conradi missus est cum duobus equis Glemonam ad colloquium. Ex libr. camer. [872.]

1333. 12. Julii. Utini. Propter urgentem necessitatem custodiae terrae Saoili, cujus proditio et occupatio imminebant, d. Gulielmus decanus et conservator ecclesiae Aquilejensis vendit ad annum d. Nicolao de la Fratina capitaneatum s. Steni cum garito et juribus universis ad eum spectantibus pretio et foro triginta sex marcharum, hac conditione habita cum eodem, ut debeat transmittere triginta bonos et sufficientes

armigeros pedites ad custodiam terrae memoratae, qui maneant per unum mensem ad stipendium septem librarum parvorum pro quolibet solvendarum de pretio supradicto. B. M. U. [873.]

1333. 14. Julii. Aquilejae. Pro solvendo stipendio et salario d^ae^. comitissae de Goritia, pro satisfaciendo stipendiariis ecclesiae Aquilejensis et aliis necessitatibus expediendis, d. Gulielmus decanus et conservator Aquilejensis magnam habebat pecuniae indigentiam; ideo misit una cum litteris d. Bertrandi apostolicae sedis legati nuntium suum canonicis et capitulo Aquilejae requirens ab eis, quod concederent sib litteras suas dirigendas ad d. ducem et commune Venetiarum pro habendis illis quadringentis et quinquaginta marchis, quas debebant ecclesiae Aquilejensi pro juribus Istriae. Dicti vero canonici, receptis praescriptis litteris, intellecta ambasciata, habitoque inter se consilio responderunt, quod cum pauci ibi tunc essent canonici, ad pleniorem conventum rem referrent. B. M. U. [874.]

1333. 15. Julii. Utini. Zimutes et Nicolussius notarii iverunt cum quatuor equis ad colloquium, portantes secum vinum pro quadraginta octo denariis. Ex libr. camer. [875.]

1333. 16. Julii. Utini. D. Gulielmus decanus et conservator Aquilejensis confessus est se recepisse a d. Gratiano de Arona, Utini permanente, plenam et integram rationem de omnibus et singulis rebus, quae pervenerunt ad ejus manus de bonis ecclesiae Aquilejensis, a die quo dictus d. decanus et d. Petrus de Galliata collega suus venerunt in Forumjulium, et officium vicariatus et conservationis ecclesiae praefatae exercuerunt usque ad praesentem diem. B. M. U. [876.]

1333. 22. Julii. Utini. Presbiter Dominicus vicarius ecclesiae s. Nicolai de Meduna ex parte d. Biachini de Camino, comitis Cenetensis, rogavit d. Gulielmum decanum et conservatorem ecclesiae Aquilejensis, quod placeret ei venire Portumnaonis pro audienda ratione de expensis per dictum d. Biachinum factis circa custodiam et defensionem terrae Medunae. Cui d. decanus respondit, quod paratus erat servare pacta inter eos inita, credebat tamen non teneri venire hac de causa ad locum ipsum, nec etiam poterat, cum deberet ire ad colloquium cum d^a^. comitissa Goritiae. Quod si idem d. Biachinus timebat ad eum venire, ut jam diu facere debuisset, ipse eum affidaret et ejus familiam, nec interea recederet a securitate, quam sibi praestiterat.

B. M. U. [877.]

1333. 23. Julii. Utini. De mandato d. gastaldionis et consilii Odoricus Meulite missus fuit Civitatem ad colloquium. Ex libr. camer. [878.]

1333. 24. Julii. Utini. Gastaldia Medunae cum garitto et juribus quibuscumque ad eam spectantibus locatur ad annum dominis Pregoneae de Spinimbergo et Rizardo de Valvasono, pretio et foro octingentarum librarum Veronensium parvorum. B. M. U. [879.]

1333. 27. Julii. Utini. Festus Utini agitur dies ob adventum d^{ae}. comitissae Goritiae ac comitis de Ortemburch et de Duino.

Ex libr. camer. [880.]

1333. 31. Julii. Tulmetii. D. Gulielmus decanus et conservator ecclesiae Aquilejensis praecipit presbitero Jacobo plebano Tulmetii quod inveniat unum sacerdotem, qui expensis tam praepositi quam aliorum canonicorum absentium continue resideat in praepositura s. Petri de Carnea, et deserviat ibidem in divinis. Quod si praefatus presbiter Jacobus impediretur, quominus de redditibus spectantibus ad dictos absentes non posset dicto sacerdoti idoneum salarium dare, committit Hermano gastaldioni, quod eum juvet et compellat. A. C. U. [881.]

1333. 1. Augusti. Utini. D. Federicus de Savorgnano intervenerat ad colloquium celebratum Rosacii. Ex libr. camer. [882.]

1333. 3. Augusti. Utini. Johannes Ribisinus, ambasciator communis Civitatis, pro dicto communi, Antonius Nicolai de Fauglis pro dominis de Castello, et Henricus Niger pro dominis de Strasoldo, constituti in praesentia d^{ae}. Beatricis comitissae Goritiae et Tirolis, et d. decani et conservatoris ecclesiae Aquilejensis, et colloquii generalis, protestati fuerunt, quod non consentiebant alicui venditioni seu obligationi bonorum ecclesiae Aquilejensis, et quod placeret eis stare colloquium in loco, ubi homines et nobiles possent convenire.

A. N. U. [883.]

1333. 5. Augusti. Utini. D. Odorlicus de Prato comparens ad praesentiam d^{ae}. comitissae Goritiae rogavit eam, quod cum ipse et ejus fratres perdidissent pro ea et ejus filio castrum duorum castrorum, quod habebant in confinibus Istriae, dignaretur sibi ac nepoti suo dictum castrum restitui facere, quia damnum adeo grave sustinere non poterant. A. N. U. [884.]

1333. 8. Augusti. Utini. D. Gulielmus decanus et conservator Aquilejensis respondit nuntio d. Biachini de Camino, quod idem d. Biachinus non bene attendit sibi pacta, quae inivit in Meduna cum eo super facto expensarum custodiae dictae terrae, quando fuit ibi-

dem ad faciendam pacem inter ipsum et illos de Spioimbergo et Valvasono. Quae quidem pacta habebant, quod ipse d. Bischinus venire debebat Glemonam ad faciendam suam rationem de dictis expensis; et postmodom de gratia dictus d. decanus ordinavit ad ipsius d. Bischini instantiam, ut Utinum usque ad certum terminum jam elapsum venire deberet ad faciendam hujusmodi rationem, et tamen in neutrum dictorum locorum venire curavit: sed nihilominus dictus d. decanus adhuc offerebat eidem satisfacere in quantum de jure tenebatur, statuens ei terminum ad ostendendum ipsas expensas et secum rationem faciendum de ipsis diem dominicam decimum quintum praesentis mensis in Utino: nec non offerens se missurum stipendiarios suos, qui eum associent Utinum, si in itinere timeret veniendo.

C. F. [885.]

1333. 10. Augusti. Utini. Magister Radius et socii ejus, cavatores novi putei, ultra quatuor marchas sibi debitas a communi Utini, eo die, quo inventa est aqua, percipiunt etiam quatuor denarios pro potu. Ex libr. camer. [886.]

1333. 18. Augusti. Utini. D. Gulielmus decanus et conservator ecclesiae Aquilejensis mandat sub poena proprii et feudi dominis Karolutto, Zaneo et consortibus de Ragonea, quatenus cum videbunt gentes ejus cum vexillo ecclesiae Aquilejensis, statim ad eas personaliter veniant, ac sibi fideliter assistant totis viribus atque posse.

B. M. U. [887.]

1333. 20. Augusti. Utini. Parussius missus fuit ad dominos Fulcherum de Ulasperch et Federicum de Savorgnano, capitaneos exercitus, Madrisium, Ragoneam et Rivamrottam.

Centum et octoginta pedites fuerunt Rivaerottae, Ragoneae et alibi per quinque dies. Nicolaus d. Rizardi, Nicolussius dictus Capel, nec non Falonus de Mugla et Uronserus erant capitanei certae quantitatis dictorum peditum.

Mediolano praeparavit scapos et rochettas ejicientes ignem, quando debebant ire Madrisium; et Marasaius faber praeparavit viginti tres rochettas ad ejiciendum ignem, quando exercitus erat Ragoneae.

Petrus d. Ambrosii ivit ad s. Danielem pro victualibus opportunis dicto exercitui existenti ante Ragoneam, et portati sunt pisces a Marano.

Quando rediit exercitus, soluti fuerunt denarii quatuor pro vino bibito a capitaneis. Ex libr. camer. [888.]

1333. 1. Septembris. Utini. Federicus de Castro Raymundi et filii de Pinzano, qui in castro Utini in turri palatii detinebantur captivi, fugam acceperunt. Ex libr. camer. [889.]

1333. 2. Septembris. In Sacilo. D. Conradus Boyanus pro sede Aquilejensi capitaneus Sacili petiit a consilio dictae terrae sub lobia portus congregato, ut sibi placeret dare pluvicum Vigonovi pro una die tantum, ut traheret gradicam et lapides a manu in domum, in qua habitabat, ad defensionem dictae domus et terrae Sacili: et homines consilii praedicti dictum pluvicum concesserunt eidem pro una die ex dono et gratia speciali et absque praejudicio jurium communis Sacili, ad quod dictum pluvicum pertinebat. Verci. [890.]

1333. 16. Septembris. Utini. Nuntius missus fuit Savorgnanum et Glemonam cum litteris, quando d. Rizardus obsidebat Sacilum.

Joseph cursor missus fuit exploratum de gente d. Rizardi.

Galidesius et socii ejus missi fuerunt Avianum.

Tisus Corpolongo cum vigintiquinque peditibus ivit Sacilum cum exercitu. Ex libr. camer. [891.]

1333. 28. Septembris. Utini. Duo fratres praedicatores missi fuerunt versus s. Vitum ad videndum de gente nostra conflicta.

Cornelius molendinarius ivit ad s. Vitum exploratum de gente nostra posita in conflictum.

Odoricus Meulitae missus fuit Goritiam notificatum dictam novitatem d. comitissae. Ex libr. camer. [892.]

1333. . . . Novembris. Utini. Bargonus missus fuit Goritiam ad d. comitissam cum litteris in servitium illorum de Pagnasco, qui opprimebantur et spoliabantur per d. Matheum de Castillerio.

Duo nuntii missi sunt Pulcinicum, Sacilum, Canipam et Avianum, quando Castillerium obsessum erat.

Trabes reductae a Castillerio positae fuerunt in domo d. Carlevarii.

Quatuor urcei rabioli portati fuerunt super domum consilii ad dominos Hectorem et Federicum de Savorgnano et d. Fulcherum de Ulaspergo et alios milites communitatis. Ex libr. camer. [893.]

1333. 15. Novembris. In Serravallo. D. Rizardus de Camino superiori, comes Cenetensis, pro se suisque coadjutoribus et amicis ex una parte, et domini Rizardus de Cucanea et Franciscus de Manzano ex alia pro d. vicario ecclesiae Aquilejensis firmaverunt, ratificaverunt et approbaverunt pacta, conventiones et tractatus infrascripti tenoris.

I. Eligantur duo viri pro parte, et ipsis discordantibus per illos quatuor eligatur quintus. Quatuor praedicti definiant de jure et de facto jura attribuenda d. Rizardo antedicto super terra Sacili et patriarchatu Aquilejensi, et illi attribuantur cum effectu, poenis ad hoc sicut decrevit praefigendis.

II. Si praedicti quatuor non potuerint concordari, ille quintus communiter electus det cui voluerit partium praedictarum vocem suam, et quod ille definierit, plenam obtineat firmitatem: et ejus definitio fieri debeat infra viginti sex dies proxime venturos.

III. Terra Sacili infra octo dies assignetur in manibus d. Brizaliae de Porcileis, tali pacto et conditione, quod si illud, quod definitum fuerit per supradictos quatuor simul, vel illum quintum solum in termino supradicto, inde observatum non fuerit ipsi d. Rizardo, tunc d. Brizalia dare teneatur eidem terram Sacili sub ejus et hominum de Sacilo juramento. Et si definitum non fuerit infra praedictum tempus, pars, per quam id factum non fuisse ostendetur, incidat in poenam in compromisso contentam.

IV. Amici et fautores utriusque partis intelligantur debere comprehendi in praemissis pactis et pace praedicta, ut amplius se non offendant, imo, remissis offensionibus omnibus, amicabiliter invicem se tractent et sincere.

V. D. Rizardus securitatem faciat, quod ratione per arbitros definita et persoluta pecunia, terram Sacili libere resignabit cui fuerit ordinatum pro ecclesia Aquilejensi.

His peractis d. Rizardus promisit relaxare libere omnes servitores ecclesiae Aquilejensis et d^{ae}. comitissae Goritiae captivatos in hac guerra, si per adversam partem relaxabuntur et restituentur pristinae libertati ejus servitores capti in hac guerra, et omnes illi de Pinzano, qui capti detinentur in Utino. B. M. U. [894.]

1333. 19. Novembris. In burgo Varmi. D. Suardus dictus Palea et consortes de Varmo contradixerunt et dixerunt d. Asquino q^{m}. d. Artichi de Varmo, quod non debeat intrare Varmum, quousque non erit in concordia d. comitissae, cui nolebant esse rebelles, imo ejus praeceptis obedire volebant. C. C. F. [895.]

1333. 20. Novembris. Utini. Gastaldia de Saciletto cum omnibus juribus ad eam spectantibus datur ad annum Guidoni decano Civitatensi et Francisco de Manzano pretio et foro viginti marcharum.

B. M. U. [896.]

1333. 21. Novembris. Utini. Constituti in praesentia d. Gulielmi decani ac eonservatoris eeelesiae Aquilejensis nobiles milites, domini Hermanus de Sarphimbergh et Rasp de Crayg, confessi fuerunt se in equis enrum ae socinrum snorum nullum damnum recepisse, quamdin fuernut ad stipendinm ecelesiae Aqnilejensla.

Item d. Herbnrdus de Aurspereh cnnfessus fuit se et socios nullnm damnum recepisse, uisi de uno ingestn, qui uno pede est devastatus.

Item d. Herneidus de Crayg nullum damnum juxta ejus eonfessiouem reeepit, uisi de uno ruueino griseo, qui mortuus est.

Item Vuolvinns de Steymbergh eonfessus fuit, quod ipse et socii ejus, qui fuerunt elmi quadraginta tres et ballistarii triginta quatuor, nullum receperunt damnnm. B. M. U. [897.]

1333. 22. Novembris. Utiui. Dnmiuns Gulielmns deeanus et conservator eeclesiae Aquilejensis mandat dnminis Pregnneae de Spenimbergo et Rizardo de Valvasono, gastaldionibus s. Viti, quatenus exigere debeant guaitas et banna, in quibus multiplieiter inciderant ibidem qnamplurimi prnpter eorum delieta pnst mortem d. Pagani patriarehae, et de quibus nulla etiamnnm exhibita fuerat satisfactio.

B. M. U. [898.]

1333. 26. Novembris. Utini. Conradus Bnyani, capitauens Sacili, pro custodia dietae terrae praestiterat eautiouem de mille marchis, et timens ue in inimicorum manibus locns ille deveniret, rogavit d. vicarinm, nt illum iu se reeiperet, qnia eum ulterins cnstodire nolebat, et si post dominicam proximam aliqnid novi ibidem contingeret, nolebat teneri ad dietam poenam. Cui d. vicarins respondit, quod uon reeipiebat resignatiouem hnjnsmodl, uisi secundum paeta inter eos inita.

B. M. U. [899.]

1333. 30. Novembris. In loco Bagnariae. Franciscus eustos et Meliorantia canonieus eeelesiae Utinensis, arbitri assumpti pro parte Aquilejensis ecclesiae loeo fratris Jnhannis abbatis Rosacensis et d. Gnidonis decani Civitatensis super definitione qnaestionis vertentis iuter Aquilejeusem eeclesiam ex parte una, et d. Rizardnm de Caminn ex altera occasione terrae Saeili, protestati fuerant coram d. Morando de Porcileis, quod per eos nnn remauebat, qnod quaestin hnjusmodi uon proeederet, sed remanebat propter cavillationes et exeeptioues minns debitas, faetas per dominos vivarum et eastellannm proeuratores dieti d. Rizardi, qui recesseruut de Brugnaria uon facta definitione praemissa.

Propter quod asserebant dictum d. Rizardum in poenam in compromisso contentam incursum fuisse. B. M. U. [900.]

1333. 9. Decembris. Utini. Datae fuerant duae marchae pro expensis per d. Hectorem et ejus comitivam factis eo tempore, quo d. vicarius et Federicus de Savorgnano erant Glemonae occasione discordiae existentis inter commune Glemonae et d. Fantinum.

Ex libr. camer. [901.]

1333. 10. Decembris. Glemonae. Cum d. Asquinus q^m. Gomoretti de Buja probasset per testes, quod jus piscandi in aqua Ledrae ad eum et ejus domum ab antiquis temporibus spectabat: d. Gulielmus decanus et conservator ecclesiae Aquilejensis mandavit d. Leonardo Arcoloniani, gastaldioni Bujae, quod pignora per eum ablata eidem d. Asquino restituere deberet. C. P. [902.]

1333. 14. Decembris. Glemonae. D. Gulielmus decanus praecepit Fanfino, ut recedat de terra Glemonae juxta ordinationem consilii nuper habiti in Glemona: et insuper dixit ei, quod non intendebat ulterius sibi aliquid dare pro custodia castri Arteneae. B. M. U. [903.]

1333. 18. Decembris. Utini. D. vicarius et conservator intromisit sepulturam d. Ropretti de Tercano apud d. Guidonem plebanum de Ripis et alios, donec idem Roprettus caverit de male ablatis incertis. A. C. U. [904.]

1333. 20. Decembris. Utini. Procuratorium d. Fulcheri de Valse et d. Mathiae militis et ejus consanguinei ad petendum stipendium octoginta elmorum et viginti ballistariorum, quod domini Odorlicus de Cucanea, Hector et Federicus de Savorgnano, Articus de Prampergo et Johannes de Villalta eisdem dare et solvere promiserunt. A. N. U. [905.]

1333. 26. Decembris. In Civitate Austriae. Pro injuriis et gravaminibus sibi illatis tempore mortis d. Pagani patriarchae, cum Manphredinus q^m. d. Vidussii de la Turrre armis contenderet cum illis de Sophumbergo, ad requisitionem d. Gulielmi decani et conservatoris Aquilejensis facit illis treguas usque ad proximum festum s. Mariae de candelis. A. N. U. [906.]

1333. 27. Decembris. D. Philippus de Portis, uti procurator d. Volvini de Steimbergh, accipit marchas decem a d. Thomasutto de Cassaceo, dante pro ipsa villa, eo quod idem Volvinus affidarat Cassaccum a combustione ipsius pro guerra illorum de Utino. C. G. [907.]





